Lc43.6
Sch9
P


HARVARD
UNIVERSITY
ARNOLD
ARBORETUM
PRESENTED BY
CHARLES - SPRAGUE - SARGENT
1892

Jules Romy

6

coll. comyn
N. 2 Vol.
2215

FRANCISCI DE PAULA SCHRANK,

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORIS, SERENISSIMO AC POTENTISSIMO ELECTORI PALATINO BAVARO A CONSILIIS ECCLESIASTICIS, IN UNIVERSITATE INGOLSTADIENSI PROFESSORIS

PRIMITIAE FLORAE SALISBURGENSIS

CUM

DISSERTATIONE PRAEVIA

DE

DISCRIMINE PLANTARUM

AB

ANIMALIBUS.

FRANCOFURTI AD MOENUM,

APUD VARRENTRAPP ET WENNER

1792.

37510
March 19, 1928

Für mich ſchuff deine Güte
O Gott! die Welt ſo ſchoen.
Für mich iſt Frucht und Blüthe
In Thaelern und auf Hoeh'n.

Bauernlieder.

VIRO ILLUSTRI

CAROLO ERENBERTO

S. R. I.

LIBERO BARONI

DE MOLL

CELSISSIMI ET REVERENDISSIMI

PRINCIPIS ARCHIEPISCOPI

SALISBURGENSIS

CAMERAE DIRECTORI

OB VETEREM AMICITIAM,

OB INNUMEROS PRO RE HERBARIA ET OMNI NATURALI HISTORIA EXANTLATOS LABORES,

OB INCITAMENTA AD SCRIBENDUM,

OB PRAESTITA SCRIBENTI ADIUMENTA

FRANCISCUS DE PAULA SCHRANK.

PRAEFATIO.

Quod in exordio Florae meae Bavaricae praeſtiti, ut de climate phyſico, de varia ſoli ratione, de aëris mutationibus, quae per eum terrarum tractum obtinent, qui plantas in eo opere deſcriptas nutrit, diſſererem paulo adcuratius, id nunc enarraturo plantas, quae in altera illa Bavariae, tunc praetermiſſa, parte, quae principatum Salisburgenſem conſtituit, minore illa quidem multo, at rerum naturalium inveſtigatoris curis longe digniſſima, ſponte creſcunt, ut liceret, optandum quidem eſt, at exigi a me nullo iure poteſt. Neque enim ego eam regionem unquam niſi quaſi a limine vidi, urbe fere, veluti carcere, concluſus, quoties mea me itinera eo deferrent. Ne tamen nihil omnino praeſtem, ea enarrabo, quae ex amicorum, Ill. praeſertim Mollii, qui omnem eam regionem et vidit ipſe, et quo eſt ingenii acumine, adcurate ſcrutatus eſt, narrationibus didici.

Situs est Bavaris Principatus Salisburgensis orientem inter solem meridiemque, in eorum montium recessu, qui a Gotharto Helvetiae monte ad Alpes Dinarias Dalmatiae uno eoque continuo tractu excurrunt. Urbs ipsa extremum eius planitiei occupat, quae a Bavariae meditullio ad eos montes porrigitur, ipsa cis Salzam flumen montibus arenariis, trans illud calcareis quasi inclusa, qui postremi crebris disrupti vallibus pedem eius Alpium catenae efficiunt, quae Abbatis Augiam (Abtenaviam dicunt) sinu suo concludunt, incolisque Tennengebirge dicuntur.

Omnis ille montium tractus, qui viciniorem Principatus partem constituit, calcareo fere lapide constat; at ubi paulo altius in interiora penetraveris, variae Schisti species, inter quas Schisti fibrosus quarzosusque, a Cel. Hacqueto descripti, praecipuum locum occupant, itineraturo occurrent, a Serpentino demum lapide, Steatite, Granite, Gneusso, exceptae; ut tamen lapis calcareus mediam graniticam regionem bifariam dividat, sine dubio non temporis filius, sed mundo coaevus. Valles, quae hos montes discriminant, humo multa abundant, quae praesertim in valle Cillara profundissima est pinguissimaque, quo fit, ut ibi trifolium pratense, etsi nemine serente, colente nemine, vastissimos campos occupet, et in giganteam excrescat amplitudinem.

Principatus omnis dividitur in pagos quinque, quorum is, qui maxime omnium ad septentrionem spectat, urbemque tenet, nomen nullum habet. Huic ad meridiem proximus est; qui Pangovia dicitur, calcareae indolis, hunc Lungavia excipit, quae maxime omnium ad meridiem spectat, et ad orientem solem pertinet. Haec Steatite, Granite lamelloso, quem quidam Gneussum di-

cunt, Schisto fibroso compositos montes habet, ut tamen etiam calx non omnino absit, quae Taurerum Rastadiensem, Campum Aeoli (Windsfeld), aliosque montes efficit. Pangoviae Lungaviaeque ad occasum Pinzgovia iungitur, montibus facile celsissimis superba; ii Schisto, Silice, Serpentino, Mica, Granite, adfinibusque lapidibus componuntur. Maxime omnium ad occidentem solem vastis Cillara iacet; granite adfinibusque saxorum generibus illius montes constant, ita tamen, ut mediam vallem catena calcarea in partes duas dividat. Huic ad Septemtrionem, qui inter montes dicitur, pagus iungitur ita, ut etiam Pinzgoviam ad meridiem attingat; is fere triangulari forma ad Boream porrigitur, Principatumque Berchtesgadensem ad occasum claudit. Quivis pagus in vicos plures dividitur, qui maxime a riguis vallibus, aut horridis montibus nomen habent. Vici plures Praefecturam constituunt. Haec de situ regionis, sylvestri praecipue; nam oppida, quae vicos aliquos ornant, viro Botanico cordi esse non possunt. Mores incolarum, vestiendique se ratio fere pro varietate pagorum variantur; maxime omnium Cillarini ab arguto ingenio, hilarique mente laudem ferunt, Qui Pinzgoviam incolunt, corpore fere mediocri sunt, saepe strumis deformes, et ingenio hebetes; nec desunt tamen, qui graeca corporis elegantia insignes sint, atque ea laus maxime ad feminas pertinet.

Quae de altitudine montium Helveticorum, de infinitis eos conscendendi difficultatibus, de immensis aeternae glaciei campis, de innumeris illis periculis, quae in illorum faucibus a cadentibus per iuga praecipitia immensis nivium, arenae, aut lapidum voluminibus, Lavinas dicunt, oriuntur, et a peregrinatoribus narrantur, ea fere omnia aeque in Salisburgensem montium tractum cadunt; ut nihil fere sit, quod decantata toties Helvetiae

miracula privum habeant. Et ſiquidem poſtremis Sauſſurii itineribus memorabilis Montalbus (Montblanc) Sabaudiae ad noſtra usque tempora hominibus iugum ſuum inacceſſum praeſtitit, Klockneri Orteliique montium in vicina Tyroli ſitorum iugum, quin in ipſa Salisburgenſi valle Cillara Greinerus mons longe humilior, Turmalino lapide celeberrimus, itineratores adhuc omnes (*a*) eluſerunt. Cernes hic elegantes torrentium alpeſtrium per praerupta lapſus, quorum alii aliis atque aliis rupibus excepti, indignati obſtacula ingenti cum fremitu decurrunt, alii per liquidum aera in ima ſeſe praecipitare conati ab inviſibili elemento in rorem ſolvuntur, qui latiſſimam ſuperficiem irriguam reddat. Cernes per horrida montium anguſtiſſimos tramites, ſubterlabentibus ingenti cum murmure aquis terribiles, diis daemonibusque, non hominibus aptos crederes, quos tamen Alpicolae timoris omnis expertes inoffenſo pede decurrunt. Cernes robuſtam in his montium receſſibus adhuc humanam indolem, homines labori ultra omnem fidem gravi pares, qui ducenta pondo non maiore cum moleſtia per praerupta montium ſurſum aeque ac deorſum manibus humerisque ſuis deferant, quam tu libris triginta in planitie portandis ſubires. Sed haec ſufficiant; qui plura cupit, poſtremum Celeb. HACQUETI iter (*b*), et Ill. MOLLII ad me ſuper his alpibus ſcriptas epiſtolas (*c*) conſulat. Supereſt, ut pauca de operis inſtituto dicamus.

Dato patriae, quod a me poſtulare videbatur, ut plantarum per omnem late Bavariam naſcentium catalogum tenerem, illam Botanicae partem, quae ſingularum

(*a*) HACQUET Reiſe in die nor. Alp. 115. 169.

(*b*) HACQUET Reiſe in die nor. Alp.

(*c*) Naturhiſtoriſche Briefe, I. et II. B.

inter se plantarum habitudines indagat, quamque Methodi olores Nomenclaturae vocabulo adpellare consueverunt hodie, seponere, et in ipsa regni vegetabilis adyta penetrare, leges plantarum nascendi, vivendi, moriendi denique, qua experimentis, qua observationibus, ratiociniis etiam et mathematicis disquisitionibus rimari mecum constitueram; et erant etiam nonnulla parata, quae interrogantem me Natura magistra docuerat, cum orbe botanico communicanda, quum per postremas autumnales ferias forte Salisburgum delatus ad amicissimum Mollium inviserem. Inter confabulandum forte sermo ad Floram meam Bavaricam defertur, dolere tum ego, quod, quam in eius operis praefatione (*a*) orbem eruditum expectare iusseram Salisburgensem Floram, nunc mutata rerum peristasi, a viro indefesso, sed quem nunc totum Civitas et curae publicae sibi vendicant, ne sperari quidem possit; dolere Mollius mecum nonnihil, at mox rem omnem in me transferre; ad manus esse aiebat, quod immenso labore, atque inter crebra per praerupta montium vitae discrimina confecisset herbarium adversaria, in quae observationes suas conjecisset, extare etiamnum, et ut ipse olim partim solus, partim Cel. Hacqueto socio, altissima montium iuga in spem Florae perreptasset, ita Ernestum Helmreichium M. D. Virum clarissimum, quae circa Salisburgum nascerentur vegetabilia, collegisse; plurima etiam Cel. Irasecium, cui suprema sylvarum cura commissa est, allaturum: librorum, qui usui essent, suppellectilem non spernendam monstrabat digito, ea uterer, ut mea; ferias a lectionibus publicis per mensem adhuc duraturas, ut mea domi praesentia non requiratur; habitationem coeterasque vitae commoditates domi suae offerebat; urgebat haerentem adhuc, animique dubium impellebat amicissime;

(*a*) pag. 2.

quid multis: ceſſi, operique me accinxi, quod indefeſſa induſtria intra menſis ſpatium ad finem perduxi.

Patet hinc, quidquid eſt praeſentis opellae, totum Ill. Mollio deberi. Eius ego herbarium, alpinis praeſertim plantis longe ditiſſimum, pro baſi poſui; ex eius me herbario aut adverſariis locos natales adferre profiteor, quoties ad plantam non vulgatiſſimam inventorem nullum nomino. Pauciſſimas plantas ego adieci, duabus fere tantum deambulationibus botanicis, ac dein, quum Salisburgo Hallam divitem peterem, obſervatas; aliquid praeterea Ill. Barones de Rhelingen et de Gemming adiecerunt. Praeter iſtas etiam illas enumero, quas Ill. Wulfenius et Cel. Haenkius, quum forte per quasdam alpes Salisburgenſes iter haberent, collegerunt, deſcripſeruntque.

Fateor tamen plurimas easque vulgatiſſimas deſiderari in hac Florae Salisburgenſis enumeratione plantas, multas etiam rariores, quae certo adſunt. Ita factum eſt, ut Potamogetonis pleraeque ſpecies, Lemna gibba et minor, et prope omnes illae plantae, quas Scopolius ſubterraneas vocat (*a*), quarumque in regione tot aerarias fecturas habente certe nulla deeſt, omiſſae ſint. Imo quaedam, quae hic deſiderantur, mihi nominabantur etiam; praetermiſi tamen, quod conſtitutum mihi eſſet, nonniſi a me viſas referre; nec Floram, ſed Florae primitias libellum hunc dixi, praematurum fructum quidem, ſed potiorem quam nullum.

Sed expectandum mihi fuiſſe exiſtimabit forſitan aliquis, remque in ſerius tempus reiiciendam. Ita ſane decuiſſet, ſi meae potius famae, quam tacitis Botanico-

(*a*) Differt. ad hiſt. nat. pert.

rum votis ſtudere libuiſſet; imo etiam manifeſtis: certe immortalis memoriae vir, I. Gesnerus, Salisburgenſem Floram in chariſſimis deſideriis habuit. Verum res ita ſe habebant, ut aut a me ſcriberetur Salisburgenſis Flora, aut' quum ſummis, quos nominavi viris, negotia graviora tantum otii non concedant, noſtra ſaltem aetate a nemine; et ſiquidem a me ſcribenda erat, aut nunc ſcribi debuit, aut, quae meae vitae ſunt rationes, periculum erat, ne nunquam ſcriberetur, quod ſine detrimento rei botanicae Germaniae futurum non fuiſſet, quod hodie complures libri ſpecioſum Florae Germanicae titulum in fronte prae ſe ferant, qui paucarum tantum provinciarum Florae dicendae erant, immenſo illo Alpium tractu, qui Carinthiam Carnioliamque fere replet, Auſtriam ſuperiorem, Bavariam, Sueviamque attingit, Principatum Salisburgenſem fere integrum conſtituit, et omnem Tyrolim ſinu ſuo complectitur, fere ex integro praetermiſſo, quaſi ingentes illi montes, mineris aeque in viſceribus ac plantis in ſuperficie ditiſſimi, pauci quidam colliculi eſſent, qui facile negligi poſſint, quod iure nonnemo in Novellis litterariis Salisburgenſibus (*a*) reprehendit; quod dum facerent auctores eorum librorum clariſſimi, excuſari non immerito poterant, quod Florae harum regionum extarent aut nullae, aut nonniſi iis ſumtibus comparandae, quos res plerorumque Eruditorum familiares facere prohibent, Carnos vero, de quibus magnus Scopolius egregie meritus eſt, Slavica fere Italicaque lingua loquentes Germanis accenſere neſcio qua religione vetarentur.

Quanquam erit procul dubio, qui hac mea opella quaſi manu ductus, et quae in ea deſcribuntur, plan-

(*a*) Refertur id iudicium in Magazin für Botanik VIII. p. 170.

tas conquirat, et quae desiderantur, adiiciat, ut adeo meo labore viam sternam, planioremque reddam futuro Enumeratori plantarum ditissimi rerum naturalium Principatus Salisburgensis ad opus numeris omnibus, quantum in eiusmodi re fieri potest, absolutissimum perficiendum. Mihi ego interim multum gratulor de rara illa felicitate, quae nulli ad haec tempora Germaniae Botanicorum obtigit, et quam ne optare quidem posse videbar, ut integri, eiusque facile maximi, Circuli Imperii Romano-germanici Floram absolverem.

CATALOGUS
LIBRORUM,

QUI IN HOC OPERE USUI FUERUNT.

Allionii (*Car.*) rariorum Pedemontii ſtirpium ſpecimen primum. 4. Auguſtae Taurinorum. 1755.

Barrelier (*P. Iacob.*) Plantae per Galliam, Hiſpaniam et Italiam obſervatae, iconibus aeneis exhibitae. Opus poſthumum, editum cura et ſtudio *Ant. de Iuſſieu.* fol. Paris 1714.

Bauhini (*Caſp.*) πίναξ theatri botanici. 4. Baſileae 1671.

— — προόδρομος theatri botanici. 4. ibid. 1671.

Beytraege (oberdeutſche) zur Naturlehre und Oekonomie; geſammelt und herausgegeben von *K. E. von Moll.* 8. Salzburg 1787.

Cyrilli (*Dominici*) de eſſentialibus nonnullarum plantarum characteribus Commentarius. Neapoli. 8. mai. 1784.

Füessly (*Ioh. Caſp.*) Archiv der Inſectengeſchichte. 4. Zürich und Winterthur, von 1781.

Gilibert, *Caroli Linnaei* Syſtema plantarum Europae, exhibens characteres naturales et eſſentiales generum et ſpecierum, ſynonyma antiquorum, phraſes ſpecificas recentiorum, *Halleri*, *Scopoli* etc. Deſcriptiones rariorum, nec non Floras tres novas, Lugdunaeam, Delphinalem, Lithuanicam, non omiſſis plantis exoticis in hortis Europae vulgo obviis. IV Tomi. 8. Coloniae Allobrogum 1785.

Gaertner (*Ioſ.*) de Fructibus et ſeminibus plantarum. 4. mai. Stuttgardiae 1788.

Gouan (*Ant.*) Illuſtrationes et obſervationes botanicae. fol. mai. Tiguri 1773.

Hacquet, Reiſe durch die noriſchen Alpen, phyſikaliſchen und andern Inhalts. 8. mai. Nürnberg 1791.

HALLER (*Alb.*) Hiſtoria ſtirpium Helvetiae indigenarum. III Voll. fol. mai. Bernae 1768.

— — Opuſcula botanica. 8. Goettingae 1749.

— — Nomenclator ſtirpium Helvetiae indigenarum. 8. Bernae 1768.

HANDLINGAR (kongl. Vetenskaps Academiens nya) Stockholm. Tomm. X. 8. mai. ab anno 1780.

HEDWIG (*Ioan.*) de Fibrae vegetabilis et animalis ortu. Sectio I. 4. mai. Lipſiae 1790.

— — Theoria generationis et fructificationis plantarum cryptogamicarum *Linnaei*. 4. mai. Petropoli 1784.

HOFFMANN (*G. F.*) Hiſtoria ſalicum iconibus illuſtrata. III Faſcic. fol. Lipſiae 1785 – 1786.

HONKENY, vollſtaendiges ſyſtematiſches Verzeichniſs aller Gewaechſe Deutſclandes. Erſter Band. 8. mai. Leipzig 1782.

HOPPE (*Dav. Hen.*) botaniſches Taſchenbuch auf das Iahr 1790. 8. Regensb. 1790.

HÜBNER (*Lor.*) phyſikaliſches Tagbuch für Freunde der Natur. 3 Iahrgaenge. 8. 1784 - 1786.

IACQUIN (*Ioſ. Nic.*) Enumeratio ſtirpium plerarumque, quae ſponte creſcunt in agro Vindobonenſi, montibusque confinibus. Accedunt obſervationum centuria, et appendix de paucis exoticis. 8. Vindob. 1762.

— — Miſcellanea auſtriaca, ad Botanicam, Chemiam et Hiſtoriam naturalem ſpectantia; cum figuris, partim coloratis. Voll. II. 4. Vindob. 1778–1781.

— — Collectanea ad Botanicam, Chemiam et Hiſtoriam naturalem ſpectantia; c. figuris. Voll. I–III. 4. max. Vindob. ab anno 1786.

KOELLE (*Io. Lud. Chr.*) Spicilegium obſervationum de Aconito. 8. Erlangae 1788.

KROCKER (*Ant. Ioan.*) Flora ſileſiaca, continens plantas Sileſiae indigenas. Voll. I - II. 8. mai. Vratislaviae 1787.

LEERS (*Io. Dan.*) Flora Herbornenſis, exhibens plantas circa Herbornam Naſſoviorum creſcentes. Editio nova. 8. mai. Herbornae et Giſſae 1790.

Leyser (*Fr. Wilh. a*) Flora Halenſis. Editio altera. 8. mai. Halae 1783.

Linné (*Car. a*) Species plantarum. Edit. III. Voll. II. 8. Viennae 1764.

— — Syſtema Naturae. Edit. XIII. Tom. II. 8. mai. Vindob. 1770.

— — Syſtema vegetabilium. Edit. XIV. curante *Io. Andr. Murray*. 8. mai. Gottingae 1784.

— — Philoſophia botanica. Edit. altera. 8. mai. Viennae Auſtriae 1763.

— (*iun.*) Supplementum plantarum ſyſtematis Vegetabilium Editionis XIII, Generum plantarum Editionis VI, Specierum plantarum Editionis ſecundae. 8. mai. Brunswigiae 1781.

Lobel (*Matth. de*) Stirpium hiſtoria, cui adnexum eſt Adverſariorum volumen. fol. Antwerp. 1576.

Maerter (*Fr. Ioſ.*) Verzeichniſs aller Bäume, Stauden und Buſchgewaechſe, mit kurzgefaſsten Anmerkungen aus der Natur- und oekonomiſchen Geſchichte derſelben. Zweyte Auflage. 8. Wien 1784.

Magazin für die Botanik; herausgegeben von *I. I. Roemer* und *P. Uſteri*. X Hefte. 8. Zürich, ab anno 1787.

Magazin (Leipziger) zur Naturkunde, Mathematik und Oekonomie. 8. mai. Leipzig, ab anno 1781.

Mattuschka (*Henr. God. Comitis a*) Enumeratio ſtirpium in Sileſia ſponte creſcentium. 8. mai. Vratislaviae 1779.

Moench (*Conr.*) Enumeratio plantarum indigenarum Haſſiae, praeſertim inferioris. Pars prior. 8. mai. 1777.

Naturforscher (der). XXIV Stücke. 8. mai. Halle, ab anno 1774.

Necker (*Nat. Ioſ. de*) methodus muſcorum, per claſſes, ordines, genera et ſpecies. 8. Mannhem. 1771.

Pallas (*P. S.*) Reiſe durch verſchiedene Provinzen des Ruſſiſchen Reichs, in einem ausführlichen Auszuge. Voll. III. 8. Frankfurt und Leipzig 1776–1778.

Plinii (*C.*) Secundi Hiſtoriae mundi libri XXXVII. fol. Lugduni 1606.

Pollich (*Ioh. Ad.*) Hiſtoria plantarum in Palatinatu electorali ſponte naſcentium. Voll. III. 8. Mannhem. 1776 – 1777.

Reaumur (*de*) Memoires pour ſervir à l'hiſtoire des Inſectes. Tomm. VI. Amſterdam 1736 – 1748.

Roth (*Alb. Guilielm.*) Tentamen Florae Germanicae. Tom. I. et II. P. I. 8. Lipſiae 1788 – 1789.

Schrank (*Franc. de Paula*) Baierſche Flora. Voll. II. 8. mai. München 1790.

— — Baierſche Reiſe. 8. mai. München 1786.

— — Anfangsgründe der Botanik. 8. München 1785.

— und *K. E. Ritter von* Moll, Naturhiſtoriſche Briefe über Oeſterreich, Salzburg, Paſſau und Berchtesgaden. Voll. II. 8. Salzburg 1785.

Schreber (*Chr. Dan.*), *Caroli a Linné* Genera plantarum. Vol. I. 8. Francofurti ad Moenum 1789.

Scopoli (*I. Ant.*) Diſſertationes ad ſcientiam naturalem pertinentes. Pars I. 8. Pragae 1772.

— — Flora Carniolica, exhibens plantas Carnioliae indigenas. Tomm. II. 8. mai. Viennae 1772.

Stay (*Bened.*) Philoſophiae recentioris verſibus traditae libri X. Tomm. II. 8. mai. Romae 1755–1760.

Thunberg (*C. P.*) Flora Iaponica. 8. Lipſiae 1784.

Timm (*Ioſ. Chriſt.*) Florae megalopolitanae prodromus. 8. mai. Lipſiae 1788.

Verzeichniss (ſyſtematiſches) der Schmetterlinge der Wienergegend. 4. max. Wien 1776.

Weberi (*G. H.*) Spicilegium Florae Goettingenſis. 8. Gothae 1778.

Weiss (*Frid. Guil.*) Plantae cryptogamicae Florae Goettingenſis. 8. Gottingae 1770.

DISSER-

DISSERTATIO PRAEVIA

DE

CHARACTERE

PLANTAS AB ANIMALIBUS

DISCRIMINANTE.

Scientias omnes amico nexu, ſororiaque quadam ſocietate inter ſe coniungi, ita paſſim experimur, ut in vulgus notum ſit; quod tamen non in alia facile, quam in hiſtoria naturali, et, quae eius fere tantum pars eſt, Phyſiologia magis indubitatum eſt. Mathematicorum calculis dimenſionibusque, Phyſicorum placitis, Chemicorum experimentis, Hiſtoricorum relationibus illam, niſi fere ieiunis ſeſe nomenclaturis concludere velit, omnino carere non poſſe, ſatis Eruditi norunt. Multa Theologis Antiquariisque eam debere, is neget, qui Celſiorum, Bochartorum, et eorum, qui vetuſtiſſimae antiquitatis tabulis nummisve ſignata animalia vegetabiliaque explicata dedere, labores ignoret. Ipſis civilibus litibus, atque adeo legisperitorum curis quasdam, ad naturalem hiſtoriam pertinentes, veritates acceptas referimus. Nec Metaphyſica, quam vocant, ſcientia nos niſi aegre carere poſſe, mihi difficile non foret demonſtrare, ſi opus eſſet: at ego nunc magis id ago, ne hac poſtrema ſcientia non in loco abutamur, ut caveam, quam ut illius uſum, quem ſobrium plurimi facio, multis commendem.

Spontaneos motus Celeb. Shmith, dum de irritabilitate plantarum ei ſermo eſt, Vegetabilibus tribuit; nec abhorret ab ea opinione Hedwigius noſter, imo admirandam illam, quam vocant, ſcalam naturae ſeſe hic introſpicere non ſine voluptate arbitratur. Eſſet, quod viris clariſſimis lubenter concederem, dulciſſimae voluptatis ſolatium, niſi veritas verum ſitientibus, quales ipſimet ſunt, longe dulcior eſſet. Quam fallax decantata illa naturae ſcala, quae ſaltuum expers ſit, quam ad phantaſiam conficta rerum conditarum ſit continuitas, et alias (*a*) dixi, et alibi dicendi locus erit; nunc examinare placet, ſpontaneosve plantis tribuere motus, aut ſentiendi adeo facultatem, ſalva Philoſophia poſſimus.

Ego vero nego utrumque et pernego. Et ſiquidem analogiam conſulamus, nullum aliud motus ſpontanei principium cauſamve proxime efficientem, praeter nervos, usquam novimus, qui et iidem ſenſus praecipuum unicumque ſunt organum. At cedo nervos in plantis. Partes, quibus eae conſtant, indefeſſa ſummorum virorum induſtria ſat bene novimus. Fibris eae conſtant, vaſis ſucciferis, utriculis, tracheis, ac vaſis propriis, quae tamen vaſa utraque, ut egregie Celeb. Hedwig obſervavit, in fibras demum abeunt, quae ipſae olim vaſa fuerant, utriculis, quae vaſorum interſtitia repleverant, tandem obliteratis; praeter haec omnia et medullam illam decantatam habent, quae axin fere occupat, et pulpoſam quandam materiem, corticem inter et librum ſitam, futuri Cambii vegetabilis Grewiani rudimentum, quam in hoc ſtatu *the Pith* vocat, Pulpam recte dixeris; praeterea veram ſubſtantiam celluloſam habent, ab hac pulpa diverſam, quam

(*a*) Hübners Tagbuch III. Iahrgang. I. u. II. Viert. pag. 339 – 348.

eleganter in radice Amaryllidos formoſiſſimae conſpexi, et de qua mihi alias ſermo erit. At nervos, nervisve quid analogon nemo conſpexit unquam.

Sed nec conſpecturum etiam arbitror. Sint enim tam exiles, tam teneri, tam aliis fibris partibusve ſimiles, ut tot acutiſſimis oculis, etiam maxime augentium vitrorum adminiculo adiutis, impoſuerint: quis unquam in plantis vel veri ſenſus, vel motus ſpontanei phaenomenon conſpexit ullum? At moventur in Nicotiana antherarum filamenta, dum ad copulam matura ſunt, vicibus alternis, accedunt pulverem ſuum ſparſura, recedunt peracta functione; alia leviſſimo impulſu, tactu vix phyſico quocunque ad acceſſum excitantur; folia, flores quarundam plantarum exacte ſolem ſequuntur, ac deperire videntur; imo et caules repentes quarundam plantarum verſus corpus quoddam humi um, forte vicinum, ſeſe movent, creſcunt plane verſus illud, quaſi illud contingere geſtirent; haec omnia animalia peragunt, expeditius quidem illa, quia loco non fixa, at peragunt tamen, et ſpontanee peragunt. Audio; ſed tamen in his omnibus motum quidem video, ſpontaneitatem non video. Do tibi, haec plantarum phaenomena elegantis ornatus poetici capacia eſſe, et carmen fortaſſe, aut luſum quemcunque ingenii hac ſe in materia exercentis non ſine voluptate legam; at poëtarum figmenta mirum quantum a phyſicorum placitis diſtant. Ira olim, nunc turbat amor Natumque Patremque, ſcripſerat aliquando Boſcovichius, de inaequalitatibus motuum Iovis ac Saturni dicturus; at quum res ſerio tractari coepit, miſſo amore filium inter patremque, de attractione mutua planetarum diſputabat.

Ego vero non is ſum, qui omnes difficultates, quae circa motum plantarum occurrunt, explicatas me daturum profitear; verum illud profiteor, nullum mihi

ad hoc usque tempus innotuisse plantarum motum, cuius non causam mechanicam saltem quasi a longe coniecturari potuerim, nullum, quem oculis ipsis usurpare licuerit, inter quem et spontaneum non longissimum discrimen intercedere viderim; sed enim illud discrimen longe facilius oculis percipi, menteque adprehendi, quam verbis explicari potest, quanquam regulas quasdam statuere non sit difficile, quibus adiutus temetipsum convincas, nisi autopsia omni canone melior foret; multum ego aliquando lavoravi, ut Kolpodas, Cercarias, Vibriones, Vorticellas rotatorias, ipsas adeo Hydras, quarum ego animantium solas exhibere poteram icones et gesta explicare, animalia esse, viris alias vere doctis persuaderem, qui uno obtutu in Vorticellas hiantes, quas forte microscopio subiectas ostenderam, eas animalem vivere vitam sibi esse persuasissimum professi sunt. Sed age, phaenomenis, qua licet, explicandis accingamur. Quod dum facio, duas celeberrimas Newtoni philosophandi regulas (*b*) praemitto.

I. Causae rerum naturalium non plures admitti debent, quam quae verae sint, et earum phaenomenis explicandis sufficiant.

II. Effectuum naturalium eiusdem generis eaedem sunt causae.

Quae et inverti potest:

Quorum effectuum eiusdem generis eaedem sunt causae, naturales (*physici*) sunt.

Non diu immorabor illi argumento, quod pro vita homiozoa, atque adeo animulae, sensus, motuumque spontaneorum non experte, desumit Cel. Hedwigius ex similitudinibus oeconomiae vegetabilis ani-

(*b*) Princ. math. philos. nat, lib. 3.

malisque, ut, quod utraque corpora, ubi adoleverint, generi multiplicando ſtudeant, quod apud utraque alia ſub terra, ſupra terram alia pabulum quaerant, et quae ſunt his ſimilia; neque enim quaecunque ſimilitudines aequalitatem pariunt proprietatum; Triangulum, parabola, hyperbola, ellypſis, circulus eiusdem corporis ſectione oriuntur, ad eundem (prima figura demta) curvarum ordinem ſpectant, nec modus, quo gignuntur, usque adeo diſcrepat; at quam diſſimiles harum naturae curvarum! Quanquam minime adaequata eſt haec comparatio: nihil hyperbolae habet parabola, nec una ex altera gignitur addito aliquo; ſecus ſe res in decantatis tribus naturae regnis habet; quodvis regnum ſuperius praeciſe ex inferiori, ſed addito aliquo, conſurgit: omne Vegetabile ex materia bruta, id eſt, ex *Mineralibus* corporibus conſtat, et in ea reſolvitur, ſed eorum minimae particulae ita diſpoſitae ſunt, ut veri nominis organa conſtituant; Animalia ex eadem materia bruta conſtant, ſed quae organismum cum plantis communem habeat, ut veri nominis *Vegetabilia* ſint, quibus tamen ſubſtantia ſuperioris ordinis, anima, accedit; hinc fit, ut quodvis ſuperius regnum proprietatibus inferioris gaudeat, quatenus eae poſitivae ſunt.

Illud animalis vitae qualiscunque, quantum ad ſexum, aptius argumentum, quod plantae repentes, ſive radice repant, ſive ſtolonibus, humido ſtudioſe adrepant, non quidem loco motae, quo fixae ſunt, ſed ſtolones, ſed radices ſenſim ac lente verſus eam partem inflectant, augeant vehementius, eidemque, quod humidum damus, corpori immergere, quam primum fieri poteſt, ſtudeant. Iam Cel. Bonnetus in naturae contemplatione quaedam huic opinioni, quae motum ſpontaneum hic locum habere ſtatuit, non inoportuna ſuſpicatus eſt, aut inconſidera e, quo ſtylum amoenio-

rem redderet, ſcripſit. Ego vero rem longe aliter peragi ſtatuo. Incrementum pro nutrimenti modulo intendi debilitarique, notum eſt; nutrimentum a plantis non niſi vaporum habitu recipi, oſtendam alias; vapores absque humore, et humorem absque vapore cogitare non poſſe, certum eſt; plantae igitur ea parte, qua humidum corpus illis propiuſcule ſociaveris, ſive intra, ſive extra tellurem, laetius incrementum habeant, neceſſe eſt; incrementum ipſum ſine quodam, lentiſſimo quidem, ſed tamen nonnullo, eoque continuo motu, cogitari non poteſt; dum enim partes ſenſim magis magisque intra medium reſiſtens explicantur, totum, cuius pars ſunt, motu compoſito curvam rectamve deſcribit, quae eorum motuum differentia ſit. Pone e. g. ſtolonem quendam, radicemque repentem, ſibi plane relictum, ac in medio undique aequabili poſitum, directione BC (Fig. 4.) ferri; appone in A corpus quoddam aqua imbutum, ſpongiam, muſcumve humidum, aut quid ſimile, quod ita diſtet, ut exhalantes vapores ſtolonem radicemve contingant, antequam omnino diſpergantur; neceſſarium eſt, ut ex latere E ſtolonis radicisve, quod nutrimentum haurit abundantius, germina plura (DE) evolvantur (ſimilia in quavis alia generationis hypotheſi dicas), quam in parte adverſa, minus nutrita; quae germina dum prorumpunt, dum ultra in terram directione DE penetrant, aut aërem pervadunt, corpori BD motum quendam, praeſertim dum prorumpunt, verſus E communicabunt, ut adeo BD non iam directionem BC, ſed, quantum per impedimenta licet, directionem BDF obſervet. Finge iam ex BF in radice ſtoloneve nova germina GH ex eodem latere prorumpere, linea BDF in BDGI, haec ob germen KK in BDGKL abibit; quumque haec omnia continuo aliis aliisque directionibus peragantur, rigiditas vera fibrarum eodem modo reſi-

ſtat, curvilinea BDGKL ſenſim exſurget Quin ipſa vaſorum ſtolonis BC in latere E maior repletio ſuccifera illius lateris vaſa neceſſario dilatat, dilatando breviora reddit, totumque ſtolonem eo adigit, ut verſus partem eandem incurvetur: ut adeo linea recta BC, quam ſtolo ſibi relictus deſcripturus erat, vi duplici curvetur, una interna, ab erumpentibus germinibus radicularum ramulorumve, altera, eaque forte maiori, contractione vaſorum longitudinali ob maiorem in latitudinem extenſionem ex adfluente copioſiori nutrimento

Eſt haec dicenti commoda occaſio viſa, aliquid de celebri illo ſeminum germinantium radiculae in terram niſu differendi, quae res ſummorum virorum ingenia ita exercuit, ut Duhamelius, animi anceps, quid potiſſimum ſentiat, rem in medio relinquere maluerit, quam nonaginta novem hypotheſibus, quae non ſatisfaciunt, centeſimam addere, quae aeque parum ſatisfaceret. Verum, ut meae me obſervationes docuere, auxerunt ſibi praeclariſſimi viri difficultates, nodumque ſtudio intricarunt, ne ſolverent. Phaenomenon ſic ſe habet: Si ſemina proxime globularia, minuta, qualia fere ſunt Milii, inordinate ſupra terram ſpargas, neceſſario varium, ut ſors tulerit, ſitum obtinebunt; germen, quod infra ſuperficiem fere punctum occupat, iam directe ſurſum, iam magis minusve ad latus, iam deorſum ſpectabit; ſemina eiusmodi minuta, ſi ſana et matura ſint, locoque debito ſupra terram humidam, etſi nulla alia terra tecta, conſerventur, germinabunt omnia, ac eorum, quae primum evolvuntur, radiculae, quocunque ſitu gaudeant ſemina, in terram curvantur. Ita phaenomenon refertur communiter; verum addi debuiſſet: exceptis illis, quae recta ſurſum, aliisque nonnullis, quae non niſi tantillum ad latus ſpectant; namque in his radiculae ubi prorupe-

rint, fere tabe pereunt, nisi forte humectatione ventove in tempore situm obliquiorem nanciscantur, uti experientiam testor. In maiusculis seminibus orbicularibus, quae fere non germinant, nisi terra tecta, experimentum non procedit; et quae aliam, quam globularem habent figuram, radiculam nunquam sursum, sed semper ad latus spectantem, satu nanciscuntur. In his porro minutis globularibus seminibus res explicatu facillima est; primo enim situm deorsum versum, qui explicatione non eget, non moror. Sit itaque semen globulare A (Fig. 6.) in superficie humidae terrae spongiaeve *xy* ita situm, ut germen in radiculam prorumpens (*bc*) oblique directione *bd* crescere necessum habeat. Manifestum est, si nihil impediat, radiculae *bc* incrementum secundum directionem rectae *cd* continuatum iri; verum adflui ex humo vapores, uti paulo superius ostendimus, inferiorem radiculae partem (*m*) magis implent, quam superiorem, vascula succifera distenduntur, distensione breviantur, atque hac actione *cd* in *ce* avertitur; quia tamen nec sic quidem affluum ex humo nutrimentum inter utrumque latus *m* et *n* aeque distribuitur, ex iisdem rationibus incrementi ulterior directio *ef* in *eg* mutatur, et sic porro, dum demum radicula recta deorsum vergat. Quod si, uti plane necesse est, rectae *cd*, *ce*, *ef*, *eg* infinite parvae accipiantur, linea curva exurget, cuius naturam indagare operae pretium non est; illud tamen notatu dignum, eam curvam demum in rectam abire, habereque tangentem aliquam, quacum congruat.

Aliter longe se phaenomenon habere videtur, ubi semen terra conditum est; primo enim inter latera *m* et *n* differentiam esse debere, non videtur, imo, siqua esset, per eam lateri superiori plus nutrimenti adfluere credibile est, quod latus inferius sola suctione nutriatur, in superiori vero ipsa humorum deorsum gravitate

ſuctio adiuvetur. Alterum illud eſt, radiculam quanto maximo ſtudio ſurſum verſam, ubi terra condita fuerit, nunquam perire, ſed nec incrementum ſurſum continuare, verum inflecti, deorſumque tamdiu nutare, dum denique recta deorſum tendat. Nos tamen ad utrumque reſpondebimus.

Ad primum: Advertendum eſt, quod iam ſupra inſinuavi, et alias (*c*) dixi, exponamque alio loco uberius, humores, quos plantae ex terra hauriunt, non aliter, quam ipſa particularum in humo contentarum perpetua in ſeſe actione, quam fermentationis ſpeciem dixeris, in vapores, multo aëre phlogiſtoque impraegnatos, abire, et ſic in earum radices penetrare; qui, etſi, ut eiusmodi vaporum mos eſt, quaquaverſus, tamen ob aëris phlogiſtique levitatem potiſſimum ſurſum feruntur, qua inſuper via pergentes minimam reſiſtentiam experiuntur. Quibus poſitis manifeſtum eſt, adeo, quod radiculae incumbit, terrae volumen, illam non prae eo, cui illa incumbit, iuvare magis, ut etiam plane contrarium contingat, vaporibns in ſtrato ſuperiori ſurſum tendentibus, atque adeo a radicula recedentibus, quae tamen iis, qui ex ſtrato inferiori, quod praeterea multo maius eius eſt, aſcendunt, in via occurrit, et ab iis egregie nutritur. Redit itaque omnis huius phaenomeni explicatio plane ad eum caſum, quem iam ſupra attulimus, eo ſolo diſcrimine, quod incurvatio radiculae ibi abſolute terrae vaporibus, hic eorum differentiae tribuatur.

Ad alterum: Obſervandum, tectam humo radiculam, quae recta ſurſum tendat, hoc caſu perire non poſſe, quandoquidem ſuo nutrimento aeque innatat, ac ſi directe deorſum ſpectaret; neque eſſe quidquam, quod illam inclinet, nutritiis vaporibus undi-

(*c*) Anfangsgr. der Bot. §. 44.

que, quod libenter damus, aeque adfluentibus. Creſcet itaque corculum, ubere nutrimento irriguum, expandentur cotyledones, pelliculam, qua obvolvebantur, rumpent, imo iam ante cotyledonum hanc expanſionem intumeſcit ſemen, maiusque volumen adquirit; neceſſe igitur eſt, ut terreae in humo particulae undique ſemen circumdantes comprimantur undique, quae tamen pro ea, quae in naturae corporibus omnibus obtinet, lege, actioni cotyledonum ſua reſiſtent reactione, reſiſtentque eo magis, quo aut ipſae particulae duriores, durioribusque miſtae, aut magis elaſticae fuerint. Quum vero impoſſibile ſit, aut ſecundum probabilitatis, quem vocant, calculum infinite parum probabile ſit, ut in humo particularum miſcella ſit undique aequabilis, neceſſe erit, ut ſemen intumeſcens, aut cotyledones ſuos expandens, verſus illam partem magis inclinet, quae minus reſiſtet; quod ubi conceſſeris, phaenomenon totum ad caſum plane priorem reduces, quod Fig 5. oſtendet, ubi ABC ſemen eſt, cuius alter cotyledon AB, minorem reſiſtentiam expertus, magis a corculo receſſit, terramque ad B ſubmovit, quo facto neceſſe erat, preſſione terrae, etſi leviuſcula, in latere AC, ſemen verſus AB inclinari, inque ſitum *abc* reduci, ut radicula A in *a* abiret, id eſt, ſitum obliquum ſortiretur.

Celerem illum motum, quo ſe Mimoſarum quarundam folia ad contactum contrahunt, aut quo Berberidis noſtratis ſtaminum filamenta expanſa, vel leviſſime irritata, ad piſtillum reſiliunt, Dionaeae praeterea Droſerarumque phaenomena non eſt, cur explicem; externam cauſam requirunt, ut in confeſſo eſt, et absque cognitione agunt, quod in Dionaea manifeſtum eſt, quae admotos lapillos aeque ac muſcas includit retinetque, ergo non ad inhabitantis animulae imperium, id eſt, non ſpontanee moventur. Verum

nec alternus ille ac fere ſpontaneus filamentorum in Nicotiana acceſſus receſſusque, nutatio florum foliorumque ad ſolem, quae in quibusdam plantis obſervatur, aliam habet cauſam, quam quod vaſa eius lateris, quod ſoli obvertitur, magis quam lateris oppoſiti incaleſcant, aër fluidaque iis contenta rarefiant, dilatentur, hinc ipſa vaſa, quantum in latitudinem extenduntur, longitudine imminuantur, contrahantque ea parte pedunculum petiolumve, qui inde ſolem verſus curvatur; novellum ſtamen, et necdum nubile, piſtillo adplicatur, contractione vaſorum in ſua ſupina parte, ſeu dorſo, quae ſoli obvertitur, expanditur tamdiu, donec prona pars, quae nunc ſolem reſpicit, ſimilem contractionem ſubeat, qua denuo ad piſtillum reverti cogitur; et accidit id peropportune, quod antherae, quae a latere anteriori, quod piſtillum reſpicit, aperiuntur, dum ſic ſoli exponuntur, matureſcant, rumpantur, pulveremque, quem effundant, paratum habeant. Eadem cauſa nutationem foliorum cauliumque verſus ſolem producit; vidi id manifeſto exemplo, ut alia multa praeteream, in foliis Amaryllidos formoſiſſimae: colueram plantam forte floris gratia hyberno tempore in cubiculo calefacto, ad feneſtram tamen, quae meridiem ſpectabat; adſunt dilapſo flore folia; ego ollam loco nec minimum moveo, quid futurum de foliis ſit, experturus: illa, quod petiolata non ſint, ſed baſi prae quam alibi latiora, nutare non poterant; ſed en: ex foliis enſiformibus evadunt acinaciformia, dorſo acinacis craſſiore ſimoque ſoli obverſo. Fiunt haec plane ad Mechanicae leges, ſine cognitione, atque eo plane modo, quo index horologii movetur, quo excitatoria machinula iuſſa hora dormientem excitat; et prope dixerim, quod motus hos attinet, Vaucanſonii anates his plantis plantarumque partibus praeſtare.

Quod si vero mechanicae corporum quorumvis organicorum, etiam certe vita carentium, ut artefactorum, leges his phaenomenis explicandis sufficiunt, uti sane sufficiunt,

— — — ratio satis una profecto
Si pernoscendis est omnibus, altera porro
Quid faciet? Rere hic subito, quod inutile, falsum (*d*);

neque animulam require porro, quae motibus his omnibus praesideat, ni horologiis, molendinis, machinis veru ad ignem rotantibus etiam animulam tribuere tibi sedeat.

Sensu igitur carere vegetabilia credendum est, et quod corpus sentire sese ostendet, id continuo vegetabile non esse, sed animale, recte pronuntiabis; ut adeo recte Linnaeus (*e*):

Lapides crescunt,
Vegetabilia crescunt, et vivunt,
Animalia crescunt, vivunt, et sentiunt.

Quia tamen alieni sensus conscii nos esse non possumus, ego pro sensu spontaneitatem, quae in oculos incurrit, substituendam duxi, plantamque definivi *Corpus organicum* (addere debuissem: *vivum*, vel *naturale*), *quod spontaneitate careat* (*f*). Ea in motu consistit, non quidem semper progressivo illo, qualem animalibus ante inventa sic dicta Zoophyta (Cellulana) tribuerunt Veteres, sed in quocunque, qui a principio interno producitur, atque a motibus praecise vitalibus diversus est, ab externis vero causis adeo non efficitur, ut saepe etiam cum illis pugnet, ut quum infusoria animalcula ad guttulae marginem adnatant, nec

(*d*) Stay phil. recent. L. I. v. 225.
(*e*) Philos. bot. §. 3.
(*f*) Anfangsgr. der Bot. §. 2.

tamen ibi a vitri, quod guttulam continet, attractione retineri ſe ſinunt, ſed viam, quam eo confecerant, inſuper habitis mechanicae legibus, relegunt. Fateor tamen, facilius ab homine, qui mechanicae leges norit, ſpontaneitatem a motu praeciſe mechanico, quales etiam vitales ſunt, diſtingui ſenſu, quam verbis explicari; nec mirum: multa eiusmodi in rerum natura habemus exempla obſervationum, quae ſenſus attentos minime fugiunt, ſed nullis verbis clare diſtincteque exponi poſſunt: obſervamus facile in alterius facie inſurgentes, diſſimulatos tamen et ſuppreſſos adfectus, ſed quibus eiusmodi delicatam obſervationem adcurate deſcribamus, verba non invenimus.

Negat tamen Hedwigius (*g*) vegetabilia animaliaque praeſentia defectuve ſenſus rite diſtingui; criteriumque proponit aliud, quod a generationis organis repetit, quae permanentia ſint animalibus, a plantis vero pro ſingulis generationibus nova producantur. Verum quo, olim in papiliones abiturae, erucae, quo reliquorum inſectorum larvae, quae imagines ſuas diuturnitate vitae longiſſime ſuperant, reponendae? Eae certe ſexus nullius ſunt. Et quid de illis facias animalibus vegetabilibusque, quae omnino ſexus omnis expertia ſunt? Non haberi eiusmodi, reſpondet Vir Clariſſimus: nam omne vivum ex ovo; ita ſane, ſi hanc ſententiam corporum organicorum ortui ex putri opponas, et tum addo ego: aut eius analogo. Sed nec ſine copula generari quidpiam ait. Ut hoc interim de plantis verum eſſe patiar, fallit certe in animalibus. Innumeras per diviſionem in infuſoriis propagationes vidimus aeternum duraturae memoriae O. F. Mullerus et nos: qui copulam obſervaſſet, adcuratiorum obſervatorum novi neminem, neminem,

(*g*) Leipz. Mag. 1784. p. 215-235.

qui ova aut vivos foetus enitentia animalcula vidiſſet. Eadem in Naidibus obtinent. Et tamen usque adeo difficile non eſt, in his animalium generibus propagandi ſe rationem contueri, quod celerrime creſcant: ex unica Vorticellae arbuſcula intra horas circiter viginti quatuor in aqua limpida, quae non nimis facile putreſcat, ſylvam microſcopicam enaſci conſpicies. Centies repetitum illud eſt, Polypos ova eniti, quum de ſola tubularia conſtet, intra eius tubulos, ubi ſenuerit, oviformia comparere corpora: at quis ex his ovis novas Tubularias, quod tamen ſuſpicor fieri, enaſci vidit? Verum adeo hae Tubulariae copulam non probant, ut in animali fixo negantem ſententiam confirment etiam. Caeterum nec Vorticellae, nec Hydrae, quae una cum Tubulariis hodie Polyporum nomine veniunt, ova unquam peperere. Taenias oviparas novi, et quis obſervatorum non novit? verum quis unquam Taeniam marem, quis genitalia maſcula, ſi forte hermaphroditica ſit, vidit unquam?

Sed nec in plantis undique verum eſt, omne vivum eſſe ex ovo, et ova praeviae copulae deberi. Ut enim de dubia Lichenum familia, ut de Lemna minore et triſulca, quas nemo adhuc florentes conſpexit, taceam, certe Confervae, indubiae plantae, nec ſexum habent, nec ova pariunt, ſed vivos foetus, gemmas, aut gemmis analogas partes protrudunt, queis propagantur. Sexu carere, ova non ponere, quum aſſeram, proprie negantem ſuſtineo ſententiam, hinc, ut id experimentis, ut obſervationibus, ut ratiociniis conficiam, nemo a me poſtulet; aſſerenti incumbere probationem Iureconſulti ſtatuunt. Ego tamen alias, quae in Conferva lapidum (*h*) multa cura obſervavi, diligenter enarrabo.

(*h*) Flor. bav. n. 1591.

Quid vero, ſi negem, a plantis pro ſingulis generationibus nova generationis organa produci? Pereunt certe poſt foecundationem organa ad eam functionem deſtinata, partim, quia planta ipſa contabeſcit, ut in Cannabe mare, partim, quia intumeſcens uterus (germen Linnaei) vaſa ſuccum deferentia comprimit, nutrimentumque intercipit, quod fere ſtylorum caducitatem cauſat; verum planta omnis, quae ſemel ſperma maſculinum fudit, accepitve et ſemen maturavit, aut perit peracta ſua functione omnino, ut in plantis annuis biennibusque: aut ſterilis per omnem vitam permanet, ut in plantis perennibus uſuvenit, ita tamen, ut novi ſurculi, ſed qui ut in Hydris, pro novis e veteri enatis individuis plantis habendi ſunt, generationis negotium anno ſequenti peragant, ut adeo Linnaeus rectiſſime dixerit, fructificationem vegetationi finem imponere. Fere quid ſimile in Tubiporis, Celleporis, Madreporisque quibusdam obtinet, in quibus prior generatio emoritur, dum proles increſcunt. Multum ſane mihi plantae biennes papilionibus analogae videntur: in utrisque prima vitae periodo non tantum ſexus omnis abeſt, ſed nec partes quidem illae adſunt (caulis in plantis, abdomen a pectore vere diſtinctum in erucis), quae ſexuales partes recondant; in altera adſunt utraque, ſed in uſum unius ſolummodo foecundationis, qua peracta ibi ſemina, hic ova matureſcunt, quod ubi factum fuerit, et planta et animal aeterna moritur morte. Maxima tamen inter organa fructificationis plantarum feminea et feminas Coccorum intercedit analogia: nam et in his non ſexuales tantum partes, ſed omnino animalis figura omnis obliterantur, prout ova in dies maius incrementum capiunt.

Sed quorſum haec ego diſputo? Nempe ut oſtendam, plantis ſenſum ſpontaneitatemque nequaquam

competere : qui in illis motus peraguntur, absque cognitione peragi, et a cauſis mere mechanicis produci : et, ut vitam illis minime negem, animam tamen eas nullam habere, quum in corpore motuum ſpontaneorum, quibus eius praeſentia ſolis manifeſtatur, experte nulla eius ſigna adpareant, Philoſophum vero dedeceat, ſubſtantiam adſtruere, quae nullis ſeſe effectibus prodit; neque dicas, vitam ſine anima concipi non poſſe : neque enim animalia, verae plantae, ſed quibus anima ſuperaddita ſit, ideo vivunt, quia animam habent, ſed animam habent, quamdiu vivunt; denique ut oſtendam, iteratam ad ſingulas generationes genitalium partium productionem verum characterem non eſſe, qui plantas ab animalibus diſtinguat: rem omnem praeciſe ad ſpontaneitatem reduci, quae in alteris corporibus organicis naturalibus, Animalibus, adſit, deſit in alteris, Vegetabilibus. Quae quum diſputarem, nunquam mihi de homine ſermo erat, quem animali regno non accenſeo, quum ab animalibus ſi non magis, ſaltem aeque differat, quam haec a vegetabilibus, quod alias oſtendam.

CLASSIS

CLASSIS MONANDRA.

Stamine unico.

CALLITRICHE.

CAL. o. COR. dipetala. CAPS. bilocularis, tetraſperma.

1. Verna. C. foliolis omnibus integerrimis: ſummis ovatis, reliquis linearibus. *Flor. bav. n.* 2.

Habitat paſſim in foſſis aqua puriuſcula plenis.

CLASSIS DIANDRA.

Staminibus duobus liberis.

ORDO I.

Stylo unico.

LIGUSTRUM.

COR. quadrifida, tubo cylindrico. BACCA quadriſperma.

2. vulgare. L. Foliis ovato lanceolatis; panicula ſimpliciter trichotoma.

Habitat circa Salisburgum et in Abtenau ad ſepes.

Obſ. Simplici maxime Trichotomia Paniculae differt a L. latifolio MURRAYI (*a*) ſeu L. iaponico THUNBERGII (*b*), quod paniculam decompoſite trichotomam gerit, foliaque habet Syringae vulgaris.

SYRINGA.

COR. infundibuliformis, quadrifida. CAPS. bilocularis.

3. vulgaris. S. foliis ovato-cordatis. *Flor. bav. n.* 7.

Hoſpitatur paſſim ad ſepes.

(*a*) Syſt. veget. edit. XIV. 56. n. 2. (*b*) Iap. p. 17.

CIRCAEA.

CAL. ſuperus, diphyllus. COR. dipetala. FRUCT. ſubdiſpermus.

4. lutetiana. C. foliis ovatis, acuminatis, leviter dentatis. *Flor. bav. n.* 8.

Habitat ad ſepes inter Neumarkt et Koeſtendorf; in Abtenau in dem Lindenthallgraben.

Obſ. Caules petiolique villoſuli. Caulem erectum vidimus Nos, LINNAEUS item (*a*) HALLERUSque (*b*): aſcendentem alias Nos. Racemi plures communiter, ſed etiam unicus. Calyx viridis, ſaepe ruber. Folia ſaepe integra; glabra communiter, occurrit tamen etiam foliis ſubtiliſſime tomentoſulis, ſed hanc propriae ſpeciei plantam putat, *intermediamque* vocat EHRHARTUS (*c*).

5. alpina. C. foliis cordatis, acute dentatis. *Flor. bav. n.* 9.

Habitat hinc inde in alpeſtribus.

Obſ. Caules petiolique glabri. Caulem erectum vidimus Nos, SCOPOLIUS (*d*), HALLERUS: racemos plures Nos, GRIMMIUS (*e*), HALLERUS (*f*). Calyx ruber, etiam viridis. Altitudo in ſummis montibus minor, quam prioris, at quum in valles deſcendit planta, fere aequalis.

VERONICA.

CAL. quadri-quinquepartitus. COR. rotata, quadri-quinquefida, lacinia unica minore. CAPS. cordata, bilocularis.

* *Spica f. racemo terminali.*

6. bellidioides. V. caule ſimpliciſſimo, aſcendente; foliis ovatis, ſerratis, hirſutis, caulinis oppoſitis, remotis; ſpica pauciflora.

Veronica bellidioides. LIN. *ſyſt. plant. Reich. I. p.* 27. KROCKER *ſiles. I. n.* 17. *Tab.* 2. *A.*

(*a*) Spec. plant. 9. n. 1.
(*b*) Hiſt. n. 813.
(*c*) Beytr. IV. p. 42.
(*d*) Carn. edit. II. 1. p. 9.
(*e*) loc. cit.
(*f*) Hiſt. n. 814.

Veronica caule simplici pauciflоro, foliis scabris, ovatis, serratis, spica pauciflora. HALLER. *hist. n.* 543. cum icone egregia.

Habitat in summis alpibus Zemae versus Waxeggerkarr Vallis Cillarae.

Obs. Caulis ascendens, non procumbens, qualem dixit, non pinxit, Hallerus, ita tamen, ut ea pars, quae versus terram inclinatur, simul repens sit. Foliorum caulinorum paria quatuor: infimum, quod foliis radicalibus fere occultatur, supremum, quod immediate spicae subiacet, et duo intermedia; folia caulina omnia subserrata; radicalia fere quadruplo maiora, medietate tantum anteriore serrata, apice communiter retusa. Spica (nec racemus) breviſſima, fere capituliformis, florum fere non ultra decem dives. Planta tota pubescens. Altitudo plantae 2 — $4\frac{1}{2}$".

7. fruticulosa. V. racemo brevi terminali; caule fruticuloso; foliis caulinis oblongo-ovatis, oppositis: ramorum sterilium confertioribus, minoribus. *Naturh. Brief. II. p.* 159. *n.* 5.

Veronica fruticulosa. LIN. *spec. plant. p.* 15. *n.* 12.

Veronica saxatilis. SCOP. *carn. II. n.* 9.

Habitat in alpibus Zemae vallis Cillarae.

Obs. Folia integerrima vidit Scopolius, etiam nos in plantis Berchtesgadensibus, sed in Cilleranis laxe serrata sunt. Omnibus folia inferiora minora; folia floralia pedunculis minora. Planta tota pubescens, pilis densiusculis, brevibus, sursum uncatis. Flores coerulei, striati. Capsula emarginata.

8. frutescens. V. racemo terminali; caule fruticuloso; foliis oblongo ovatis; pedunculis quam folia floralia minoribus; capsulis integerrimis.

Veronica frutescens. SCOP. *carn. II. n.* 20.

Veronica saxatilis. DE WULFEN *coll.* IACQ. *III.* 25.

Veronica caulibus fruticosis declinatis, foliis glabris, ellipticis, dentatis, floribus in vertice confertis petiolatis. HALLER. *hist. n.* 545. *β.*

Habitat in alpibus Zemae.

Obſ. Simillima priori, niſi quod capſula apice ſit integerrima contra morem generis, et pedunculi foliis floralibus breviores, denique flores purpurei, ſeu rubenti-coerulei. Caules aſcendunt, aut erecti ſunt; folia caulina oblongo ovata, laxe ſerrata aut integra: inferiora minora ovata, integra.

9. alpina. V. caule ſimplici; foliis ovatis, ſubſerratis, ſeſe contingentibus; racemo terminali, paucifloro.

Veronica alpina. *Naturh. Brief. II.* 159. *n.* 6.

Veronica caule ſimplici, foliis ovatis, glabris, ſubſerratis, ſpica paucifiora. HALLER. *hiſt. n.* 544. *Tab.* 15. *f.* 2. egregia.

Habitat in alpibus Zemae vallis Cillarae, item in Zwieſelberg Praefecturae Abtenau, et in Rauriſer Goldberg.

Obſ. Caulis non ſemper erectus, nec folia ſemper integra, ſed ille ſaepe aſcendens, haec ſubſerrata. Variat inſuper planta foliis pubeſcentibus glabrisque, item foliis omnibus oppoſitis, et foliis inferioribus tantum oppoſitis, ſuperioribus vero alternis. Notandum, directionem caulis, aſcendensne ſit an rectus, caute adhibendam pro charactere, utpote quae non tantum in alpinis, ſed etiam in pratenſibus plantis ſaepiſſime fallat.

10. integrifolia. V. caule ſimplici; foliis remotis, ovatis, mucronatis, integerrimis, ciliatis; corymbo terminali, paucifloro, hirſuto.

Veronica alpina. KROCKER *ſiles. n.* 28. *Tab.* 3.

Habitat in alpibus Zemae.

Obſ. Quam V. alpina minor. Caulis aſcendens piloſus; folia omnia oppoſita, diſſita, ovata cum mucrone exiguo, margine manifeſte ciliato; florum corymbus in apice, ex quinque circiter floribus compoſitus: pedunculis, foliis floralibus, calycibusque hirſutis.

11. pygmaea. V. caule aſcendente triflora; foliis oppoſitis caulem tegentibus, ovatis, integris, ciliatis; calycibus hirſutis. *Tab. noſt. f.* 1.

Habitat in ſummis alpibus Salisburgenſibus.

Obſ. Vix $1\frac{1}{2}''$ altitudinem attingit caulis, totus foliis obtectus per paria oppoſitis, ovatis, piloſo-ciliatis, integerrimis. Flores in apice tribus non plures; calyces hirſuti; corollae pallide coeruleae. Veronicae Nummulariae (*a*) affinis, ſed diverſa.

12. aphylla. V. racemo terminali paucifloro, caule ſupra aphyllo, baſi tantum folioſo; foliis ovatis. *Flor. bav. n.* 14.

Habitat ubique in alpinis Cilleranis aliisque.

Obſ. Flores in corymbo ſiti plerumque dicuntur, ſed occurrit ſaepius racemulus florum quinque — octo, alias floſculus unicus caulem terminat. Folia caulis baſin ſtellatim veſtiunt, nunc crenata, nunc ſerrata, vix unquam integra. Altitudo 1 – 3″.

13. rotundifolia. V. caule ſimplici; racemo terminali, paucifloro: foliis floralibus pedunculo brevioribus, caulinis infimis orbiculatis, ſubintegris: ſuperioribus ovatis, ſubſerratis. *Tab. noſt. f.* 2.

Habitat in ſummis alpibus Zemae.

Obſ. Caulis flaccidus, hinc magnam ſui partem proſtratus hinc inde radiculas agit; folia caulina pauca, oppoſita: infima parva, ovata, brevi marceſcentia; proxima orbicularia, integerrima aut ſubſinuata; ſuperiora ovata, ſubſerrata. Racemus terminalis laxus, calycum foliolis ovatis, villoſulis; foliis floralibus pedunculo utplurimum brevioribus; capſula cordata, bilocularis, polyſperma; ſeminibus ovatis, rufis, apice fuſco.

Qui VV. integrifoliam, pygmaeam, et rotundifoliam cum V. alpina coniunxerit, ſuo iure id faciet; ſed niſi plantae cultae id iuſſerint, me nunquam adſentientem habebit.

14. ſerpyllifolia. V. racemis terminalibus ſpiciformibus; foliis ovatis, glabris, oppoſitis; caule radicante. *Flor. bav. n.* 17.

Veronica ſerpyllifolia. KROCKER *ſiles. n.* 18. *Tab.* 4. *A. B. C.*

Habitat in valle Cillara.

(*a*) Gouan illuſt. pag. 1. Tab. 1. f. 2.

** *Racemis lateralibus.*

15. officinalis. V. caule decumbente; ſpicis lateralibus pedunculatis; foliis ovatis, crenatis, oppoſitis. *Flor. bav. n.* 13.

Habitat paſſim in ſylvis.

Obſ. Rami aſſurgunt.

16. urticaefolia. V. caule recto; racemis lateralibus; foliis lanceolato-ovatis, dentatis.

Veronica urticaefolia. *Flor. bav. n.* 24.

Habitat in pratis montoſis vallis Cillarae. Ad Salisburgum ipſum copioſam invenit D. de Helmreich.

Obſ. Planta ſubinde $1\frac{1}{2}$ pedem Viennenſem multum ſuperat. Variat magis minusque piloſa, racemis longioribus brevioribusque. Flores coerulei communiter; roſeos vidit D. de Helmreich.

17. Beccabunga. V. racemis lateralibus; foliis planis, ovatis, oppoſitis; caule repente. *Flor. bav. n.* 18.

Habitat in lacubus, ſtagnis, rivis pigrioribus.

Obſ. Folia crenata, elliptica, utrinque rotundata.

18. Anagallis. V. racemis lateralibus; foliis lanceolatis, ſerratis; caule erecto. *Flor. bav. n.* 19.

Habitat in aquis pigris.

Obſ. Serrata ſunt folia, ſed ſaepe parum manifeſte.

19. Chamaedrys. V. racemis lateralibus; foliis ovatis ſeſſilibus, dentatis, rugoſis; caule utrinque linea piloſa. *Flor. bav. n.* 23.

Habitat in pratis, agrisque paſſim.

20. proſtrata. V. racemis lateralibus; foliis ovatis, rugoſis, ſerratis, ſubſeſſilibus: caulinis manifeſte petiolatis; caule proſtrato, undique piloſo: ramis aſſurgentibus.

Veronica proſtrata. Lin. *ſyſt. plant. Reich. I.* 32. *n.* 21. Moench *haſſ. n.* 11. *Tab.* 1. egregie.

Habitat in valle Cillara cum V. ſerpyllifolia in agris cultis.

Obſ. HALLERUS (*a*) dubitat, num haec ſpecies a V. Teucrio vere diverſa ſit, quum toto habitu cum illa maxime conveniat, et gradus dentur intermedii. Verum etſi V. Teucrium inſigniter variet, glutinoſa tamen nunquam eſt, quum contra V. proſtrata inſigniter glutinoſa ſit, obſervante D. Bar. de Moll, qui vivam examinavit. Caules noſtrae Veronicae procumbentes, undique piloſi; rami aſſurgentes, piloſi, glutinoſi. Folia ovata, ſerrata, piloſa, oppoſita: caulinae petiolata, petiolis facile dimidii folii longitudinem aequantibus, ramea ſeſſilia. Calyces quadripartiti: laciniis duabus maioribus, duabus minoribus. Corollae albae; coeruleas vidit MOENCHIUS (*b*), laete violaceos REICHARD (*c*).

21. Teucrium. V. racemis apici lateralibus, longiſſimis; foliis ovatis, rugoſis, obtuſiusculis, oppoſitis; caule erecto. *Flor. bav. n.* 21.

Habitat in agro Salisburgenſi. D. de Helmreich.

*** *Floribus ſolitariis ſparſis.*

22. arvenſis. V. Floribus ſolitariis, ſparſis; foliis cordatis, crenatis, pedunculos ſuperantibus; laciniis calycinis inaequalibus. *Flor. bav. n.* 26.

Habitat in agris paſſim.

23. agreſtis. V. Floribus ſolitariis, ſparſis; foliis ſubcordatis, crenatis, quam pedunculi brevioribus; laciniis calycinis aequalibus. *Flor. bav. n.* 25.

Habitat in agris paſſim.

Obſ. Folia ſaepe ovata potius, quam cordata, et groſſe ſerrata, nec crenata; ſed tum planta luxuriat.

PINGUICULA.

CAL. ſubbilabiatus, quinquefidus. COR. ringens, calcarata. CAPS. unilocularis.

24. vulgaris. P. cornu corollae acuto, longitudine labii ſuperioris.

(*a*) Hſt. n. 538.
(*b*) Syſt. plant. loc. cit.
(*c*) loc. cit.

Pinguicula vulgaris. *Flor. bav. n.* 32.

Habitat in valle Cillara et Salisburgi.

25. alpina. P. cornu obtuſo, breviore quam labium ſuperius corollae.

Pinguicula alpina. *Flor. bav. n.* 33.

Habitat in alpibus paſſim; etiam Salisburgi in monte Capucinorum legit D. de Helmreich.

Obſ. Variat flore purpureo.

UTRICULARIA.

CAL. diphyllus. COR. ringens, calcarata. CAPS. unilocularis.

26. minor. U. calcari corollino carinato; foliis minute ciliatis. *Flor. bav. n.* 35.

Habitat in foſſis.

LYCOPUS.

CAL. aequalis. COR. quadrifida, ſubregularis; lobo unico emarginato. STAM. divaricata.

27. europaeus L. Foliis ſinuato ſerratis. *Flor. bav. n.* 36.

Habitat ad rivos, ſtagna.

FRAXINUS.

Flores polygami.

CAL. o, vel quadrifidus, Cor. o, vel quadripetala, anguſtiſſima. FRUCT. ſemine unico, lanceolato.

28. excelſa. F. foliolis ſerratis; floribus incompletis.

Habitat paſſim.

Obſ. Flores absque corolla.

LEMNA.

CAL. monophyllus, latere dehiſcens. COR. o. STAM. diantheratis. CAPS. unilocularis, ſphaerica; ſeminibus oblongis, hinc ſtriatis.

29. trifulca. L. foliis ovato-lanceolatis, petiolatis, medio proliferis. *Flor. bav. n.* 39.

Habitat in foſſis paſſim.

Obſ. Character ex floribus Lemnae gibbae deſumtus eſt, quos MICHELIUS adcurate depinxit, ERHARTUS (*a*) denuo examinavit, MICHELIique inventa confirmavit; nos ipſi forte fortuna in florentem plantam incidimus, floresque ab utroque Botanico recte deſcriptos teſtamur, Verum qui flores Lemnae minoris, triſulcaeque viderit, novi neminem, et vereor, ne nulli ſint. Multum iraſcitur celeb. HEDWIGIUS (*b*) diligentiſſimo GAERTNERO, quod is (*c*) ſexualitatem Lemnae impugnet. Ego quidem, ut de generatione Lemnae gibbae meorum ipſius oculorum teſtimonio certus ſum, ita et alto apud omnes autores de aliarum Lemnarum flore fructuque ſilentio, aliisque e natura ipſa petitis argumentis, quae alias prodam, in eam opinionem inducor, ut credam, eſſe plantas, quae, ſexus omnis expertes, gemmis propagantur, deciduis illis quidem, at quae nullo modo ſeminis naturam habeant, et harum e numero Lemnam minorem triſulcamque eſſe, vehementer ſuſpicor; ſi quis ergo ambas a Lemnae genere ſeparaverit, ac pro novo genere propoſuerit, et in claſſem agamam reiecerit, forte Naturam ſuffragantem habebit.

SALIX.

Flores dioeci.

♂ CAL. ſquama monophylla, baſi glanduloſa.

♀ CAL. ut in mare. STYL. bifidus. CAPS. unilocularis, bivalvis. SEMINA pappoſa.

30. alba. S. foliis anguſto lanceolatis, acutis, ſerratis, utrinque ex piloſitate ſericeis: ſerraturis glanduloſis. *Flor. bav. n.* 43.

Habitat paſſim ad aquas, iuſtae arboris habitu.

31. triandra. S. floribus maſculis triandris; foliis utrinque glabris, ovato lanceolatis, ſerratis.
Salix triandra. *Flor. bav. n.* 46.
HOFFM. *ſal.* 45.

(*a*) Beytr. I. p. 48.
(*b*) de Fibr. veget. p. 10.
(*c*) de Fruct. et ſem. plant. I. introd. p. 19.

Habitat circa Salisburgum.

Obſ. Serraturae foliorum obſoletae, quin in prima eorum aetate nullae. Folia ipſa venoſa, glabra, nitida, in prima aetate piloſa.

32. viminalis. S. foliis ſubintegerrimis, anguſte lanceolatis, longiſſimis, acutis, ſubtus ex villoſitate fericeis; ramis virgatis.

Salix viminalis. HOFFM. *hiſt. ſal.* 22.

Habitat circa Salisburgum.

33. caprea. S. foliis lanceolato ovatis, ſupra molliuſculis, infra tomentoſis, margine undato dentatis; iulis ovatis; ſtipulis ſerratis, minutis. *Flor. bav. n.* 55.

Salix Caprea. HOFFM. *ſal. p.* 25.

Habitat circa Salisburgum.

34. retuſa. S. foliis ovatis, utrinque glabris, ſerratis; iulis paucifloris; calycibus ciliatis.

α. Foliis ovatis, retuſis.
Salix retuſa. *Flor. bav. n.* 60.
LIN. *ſyſt. plant.* 1446. *n.* 16.

β. Foliis ovatis, acutis.
Salix Myrſinites. *Flor. bav. n.* 58.
LIN. *Syſt. plant.* 1445. *n.* 13.

Habitat in alpibus inter Lungoviam Pongaviamque, in Windsfeld Flachauer Seite, et in Rauriſer Goldberge.

Obſ. *α* et *β* in unam ſpeciem coniungit HALLERUS (*a*), et recte, utraque enim folia in eodem individuo frutice occurrunt.

35. arbuſcula. S. foliis ovatis, ſerratis, teneris, confertis; ſquamis calycinis emarginatis; caule fruticoſo. *Flor. bav. n.* 59.

Salix foliis ovato-lanceolatis teneris, ſerratis, ſtipulis lanceolatis. *Haller hiſt. n.* 1647.

Habitat inter Lungau et Pongau, auf dem Windsfelde Flachauer Seite.

(*a*) Hiſt. n. 1648.

36. reticulata. S. foliis ovatis, integerrimis, retuſis, ſubtus reticulatis.

Salix reticulata. *Flor. bav. n.* 61.

Salix foliis orbiculatis, integerrimis, ſubtus tomentoſis, iulis gracilibus, longe petiolatis: HALLER. *hiſt. n.* 1650.

Habitat cum prioribus; in Rauriſer Goldberge.

Obſ. Folia orbiculato-ovata, ſubtus tomentoſa, reticulo glabro; ſed occurrunt etiam ſubtus glabra, cinerea tamen. Amenta parva, depauperata, longe pedunculata.

37. aurita. S. foliis ovatis, integris, dentatisve; ſtipulis brevibus, oblique cordatis.

Salix aurita. *Flor. bav. n.* 62.
HOFFM. *ſal.* 30. *Tab.* 5. *f.* 3. *Tab.* 22. *f.* 1.

Habitat in Ioſephsau.

Obſ. Folia variant: integerrima: crenato-undulata: ſerrata: utrinque tomentoſa: ſubtus tomentoſa: glabriuſcula.

38. roſmarinifolia. S. foliis anguſto-lanceolatis, ſeſſilibus, ſubtus ſericeo-canis; caule proſtrato. *Flor. bav. n.* 53.

Habitat in Ioſephsau, unde habet Ill. D. Baro de Rhelingen.

ORCHIS.

CAL. pentaphyllus, coloratus. COR. bilabiata: L. ſuperiori breviſſimo, fornicato, ſtamina recipiente; L. inferiori magno, patente, plano, poſtice in cornu elongato. POLLEN nudum.

* *Bulbis indiviſis.*

39. bifolia. O. bulbis indiviſis; labio inferiore lanceolato, integerrimo; cornu praelongo; calycis foliolis lateralibus patentibus. *Flor. bav. n.* 65.

Habitat in Fager ad Aigen D. de Helmreich.

Obſ. Odor huic amoenus Convallariae fere maialis, ſed tamen ſi adcurate attendas, generis.

40. globosa. O. bulbis indivisis; labio inferiore trifido: lacinia media emarginata cum acumine; cornu brevi; calycis foliolis apice linearibus.

Orchis globosa. *Flor. bav. n.* 67.

Orchis radicibus subrotundis, spica densissima, petalis exterioribus aristatis. *Haller hist. n.* 1272.

Habitat in Zem vallis Cillarae.

Obs. Spicae forma, ut in Orchide nigra. Color roseus.

41. coriophora. O. bulbis indivisis; labio trifido, reflexo, crenato; cornu brevi; foliolis calycinis conniventibus. *Flor. bav. n.* 68.

Orchis radicibus subrotundis, galea connivente, labello trifido reflexo. HALLER *hist. n.* 1284.

Habitat in Aigen, D. de Helmreich; in Taurero etc. Ill. Mollius.

Obs. Odor cimicis lectularii, unde nomen. Labii laciniae lanceolatae, faux bissina.

42. Morio. O. bulbis indivisis; labio inferiore quadrifido: laciniis subaequalibus, crenato-sinuatis; cornu obtuso; foliolis calicinis patulis. *Flor. bav. n.* 69.

Habitat in valle Cillara.

43. pyramidalis. O. bulbis indivisis; labio inferiore trifido: laciniis integerrimis; cornu longissimo; calycis foliolis lanceolatis. *Flor. bav. n.* 66.

Habitat in Bliembach D. Irasek.

** *Bulbis divisis.*

44. latifolia. O. bulbis subpalmatis; cornu conico; labio inferiore trifido; bracteis flores separantibus; caule fistuloso. *Flor. bav. n.* 76.

Habitat Salisburgi in monte Capucinorum. D. de Helmreich.

Obs. Variat foliis maculatis et immaculatis. Variat item magnitudine maiore et minore.

45. maculata. O. bulbis palmatis; cornu germinibus subbreviore; labio inferiore trifido: laciniis lateralibus, la-

tioribus, crenatis, intermedia integerrima; foliolis calycinis lateralibus patentibus. *Flor. bav. n.* 79.

Habitat in valle Cillara et ad Neumarckt.

Obſ. Simillima priori, a qua tamen caule ſolido manifeſte differt.

46. odoratiſſima. O. bulbis palmatis; cornu recurvo; labis inferiore ovato, acuminato; foliis linearibus. *Flor. bav n.* 80.

Habitat circa Salisburgum am Küheberge et poſt arcem Neuhaus, D. de Helmreich; in monte Tofern inter Groſſarl et Gaſtunum legit Ill. D. Bar. de Moll.

Obſ. Cornu germine brevius.

47. conopſea. O. bulbis palmatis; cornu anguſtiſſimo, germen ſuperante; labio inferiore trifido; calycis foliolis duobus patentibus. *Flor. bav. n.* 81.

Habitat in Tavrero Raſtadienſi

**** Calcari breviſſimo.*

48. viridis. O. bulbis bifidis; labio inferiore lineari, apice tridentato; foliis inferioribus oblongo ovatis.

Orchis viridis. *Flor. bav. n.* 82.

Habitat in Flachau.

Obſ. Flos iunior ex albo vireſcens, adultus rufus.

49. nigra. O. bulbis palmatis; foliis linearibus; ſpica confeſta; floribus reſupinatis; labio inferiore indiviſo, ovato, acuto. *Flor. bav. n.* 83.

Habitat paſſim in alpibus, praeſertim in Vallis Cillarae Waxeggerkarr in Kriml, in Zema, Ill. Mollius; in Tennengebirge copioſa, D. Iraſeck.

β. Flore roſeo legit Ill. Mollius in Dratberg verſus Wiſla: in Roſsfeld ſupra montem Salinarium Dürenberg Clar. Helmreichius; obſervat vero Ill. Mollius, hoc colore plantam ſibi nonniſi in calcareis occuriſse; ſed calx tamen colorem non cauſat, quum ego eam ſemper nigram legerim, etiam in calcareis montibus.

EPIPACTIS.

CAL. pentaphyllus, coloratus. COR. bilabiata: L. superiore beviſſimo, ſtamina recipiente; L. inferiore magno, patente, plano, ecalcarato. POLLEN nudum.

50. Nidus avis. E. radicibus faſciculatis, caule vaginis tecto; labio inferiore profunde bifido. *Flor. bav. n.* 85.

Habitat inter rupes calcareas montis Windsfeld.

51. alpina. E. radicibus indiviſis; foliis linearibus; ſpica pauciflora; labio inferiore ovato, utrinque unidentato.

Ophrys alpina. LIN. *ſyſt. plant. Reich. I.* 25. *n.* 12.

Orchis radicibus ſubrotundis, labello ovato, utrinque denticulo notato. HALLER *hiſt. n.* 1263.

Ophrys alpina. IACQUIN *enum. Tab. IX.*

Habitat cum Salice arbuſcula.

Obſ. Minuta ſpecies, vix digitos transverſos duos longa; Hallerus tamen exemplar depinxit, quod unam tertiam pedis Viennenſis ferme aequat. Folia radicalia omnia, longitudine ſcapi plane aphylli nec vaginis tecti; bracteae floribus longiores.

52. ovata. E. radice fibroſa; caule bifolio: foliis ovatis; labio inferiore bifido. *Flor. bav. n.* 88.

Epipactis foliis binis ovatis; labello bifido. HALLER *hiſt. n.* 1291.

Habitat in monte Capucinorum.

53. Corallorhiza. E. radice tereti, quaquaverſus (etiam ſurſum) ramoſa; caule vaginis adpreſſis; labio inferiore trifido. *Flor. bav. n.* 90.

Corallorhiza. HALLER *hiſt. n.* 1301.

Habitat in Bliembach. D. Iraſeck.

SERAPIAS.

CAL. tetraphyllus. COR. monopetala, unilabiata. labio indiviſo. COLUMNULA, ſuſtentans ſtigma orbiculare, antherasque duas.

54. longifolia. S. radicibus fibrosis; foliis ensiformibus; floribus pendulis; labio inferiore obtuso, longitudine calycis, margine undulato. *Flor. bav. n.* 91.

Habitat in valle Cillara.

Obs. Spica satis densa, floribus numerosis, in prima aetate suberectis.

55. latifolia. S. radicibus fibrosis; foliis amplexicaulibus ovato lanceolatis; floribus pendulis; labio lanceolato. *Flor. bav. n.* 92.

Habitat in monte Capucinorum Salisburgi. D. de Helmreich.

Obs. Spica laxa, satis pauciflora.

56. rubra. S. radicibus fibrosis; foliis ensiformibus; floribus erectis; labio lanceolato; margine undulato. *Flor. bav. n.* 93.

Habitat in Moenchberg Salisburgi. D. de Helmreich.

57. grandiflora. S. radicibus fibrosis; foliis longe lanceolatis; floribus erectis; labio obtusiusculo, calycinis foliolis breviore.

Serapias grandiflora. α. Pollich *palat. n.* 861.

Habitat in monte Capucinorum Salisburgi. D. de Helmreich.

Obs. Videtur diversa a S. Lonchophyllo (*a*), cui folia ovato lanceolata, flores pauciores, maiores. Viderint ii, qui utramque vivam examinandi occasionem nacti fuerint. Flores utrique albi.

CYPRIPEDIUM.

Cal. hexaphyllus, coloratus. Cor. bilabiata: L. superiore parvo; L. inferiore maximo, lintriformi, inflato. Stam. auriculis galeae adnata, ope processus cum pistillo coniuncta.

58. Calceolus. C. radicibus fibrosis; foliis caulinis ovato-lanceolatis, acuminatis. *Flor. bav. n.* 94.

Habitat in Lungavia. D. de Helmreich.

(*a*) Flor. bav. n. 94.

Obſ. In explicatione inflorescentiae Orchidearum a conſueto loquendi genere receſſi, quod iam in Flora bavarica feci. Rationem reddidi in diſſertatione, cuius impreſſio in hunc diem retardata eſt.

ORDO II.

Stylis duobus.

ANTHOXANTHUM.

59. odoratum. A. ſpica oblongo-ovata; floſculis ſubſeſſilibus. *Flor. bav. n.* 96.

Habitat paſſim in pratis.

CLASSIS TRIANDRA.

Staminibus tribus liberis.

ORDO I.

Stylo unico.

* *Floribus ſuperis.*

VALERIANA.

CAL. o. COR. monopetala, baſi curva. SEM. unicum.

60. dioica. V. Floribus dioicis triandris; foliis ſuperioribus pinnatis. *Flor. bav. n.* 97.

Habitat paſſim in pratis humidis.

61. officinalis. V. floribus hermaphroditis triandris; foliis omnibus pinnatis. *Flor. bav. n.* 98.

Habitat paſſim in pratis virgultisque humidiusculis, udisque nemoroſis.

Obſ. Variat pinnis latioribus, anguſtioribusque.

62. tripteris. V. floribus triandris; foliis inferioribus longe petiolatis, ſuperioribus ternatis. *Naturh. Brief. II.* 163. *n.* 18.

Habitat

Habitat in vallis Cillarae montoſis ubique.

Obſ. Sequentem obſervationem in ſcriptis Ill. Mollii reperio: Caules e radice unus alterve, rariſſime tres; folia floralia, ſeu involucra univerſalia, ſubinde triptera: foliolo medio baſi dentato; ſemen non ſemper quadriſtriatum, ut vult Scopoli (*a*): in plantis Cilleranis vel ſimplex, vel ſtriis tribus notatum: in ſpecimine tricauli folia caulis intermedii triptera, lateralium oppoſita, ovata, dentata.

63. montana. V. floribus triandris; foliis lanceolato-ovatis, vix dentatis; caule ſimplici. *Natur. Brief, II.* 164. *n.* 19.

Habitat in valle Cillara, Salzgfaell, Abtenau.

Obſ. Folia ſubinde remote dentata.

64. celtica. V. floribus triandris; foliis oblongis, integerrimis, obtuſis: radicalibus in petiolum decurrentibus, caulinis duobus oppoſitis ſeſſilibus.

Valeriana celtica. Scop. *carn. II. n.* 45.
Iacqu. *coll. I.* 24. monographia.

Nardus celtica, Saliunca. Lobel *adv.* 132.

Habitat in Schilherhoehe inter Heiterahe et Bundſchuh, ubi lecta ab Ill. Mollio; item in omnibus montibus Lungavienſibus, ubi a monticolis colligitur, certa lege publica, ne ante feminis caſum colligatur; Sigism. Hafneri, mercatoris Salisburgenſis, domus pro quovis centenario huius mercis florenum ad Cameram Archiepiſcopalem ſolvit ob obtentum huius mercis evehendae monopolii privilegium. Obſervandum, hanc plantam nuspiam occurrere, niſi in montibus Granite, Gneuſſo, aut ex Murkſtein conſtantibus.

Obſ. Ad adcuratiſſimam Ill. Wulfenii deſcriptionem in collectaneis Iacquinianis datam ex Ill. Mollii ſchedis et propriis obſervationibus addo: Folia omnia ſuccoſula, ſ. craſſiuſcula: radicalia nervoſa, iam oblongo-ovata petiolata, iam oblonga in petiolum decurrentia; folia caulina iam linearia, iam oblongo-ovata. Flores ſaepe flavi, imo adultior planta tota

(*a*) Flor. carn. II. n. 41.

flaveſcit, etiam in herbario, licet in ipſo Floreſcentiae vigore collecta. Flores triandri hermaphroditi.

Radicem mercatores ad orientales populos deferunt; incolae eam adulterant radice Primulae glutinoſae ſimillima; ſed fraus facile detegi poteſt, ſi prohibeantur folia radicalia reſcindere; Valerianae enim illa folia, ſicca quum fiunt, tota flava ſunt, absque ſplendore: at Primulae folia viriditatem non exuunt, ſed obfuſcant, nec nervoſa ſunt, ſi medium nervum exceperis.

Nomen, quo planta haec incolis ſuarum regionum notum eſt, *Speich* eſt; ſed hoc nomine plures aliae plantae alpinae veniunt, ut Primula glutinoſa, Achillea glavennae etc.

65. ſaxatilis. V. floribus ſubtriandris; foliis radicalibus ovatis, petiolatis, trinerviis; caulinis praeter floralia nullis.

Valeriana ſaxatilis. *Flor. bav. n.* 101.

Habitat in ſubalpinis vallis Cillarae; ad viam verſus Taurerum Raſtadienſem; im Tennengebirge ad Firſt.

Obſ. Folia caulina proprie nulla ſunt, ſed tantum floralia, quorum par infimum ſaepe nonniſi rudimenta florum in axillis gerit, gerit tamen, et hac nota forte optime diſtinguitur a Valeriana celtica, quanquam, qui utramque vidit, errare nequeat.

66. olitoria. V. foliis oblongis, laxe dentatis; ſeminibus ſimplicibus; caule dichotomo. *Flor. bav. n.* 102.

Habitat paſſim in agris.

CROCUS.

Cor. ſexpartita, aequalis. Styl. ſtigmatibus tribus, inflexis.

67. vernus. C. ſtigmatibus lobatis; foliis enſiformibus, involutis. *Flor. bav. n.* 105.

Habitat in ſubalpinis vallis Cillarae et ad Neumark verſus Sendelberg copioſus.

Obſ. Stamina laciniis corollae inſerta; laciniis tribus reliquis baſi barbatis (*a*).

(*a*) Cyrill. comm. XIX.

GLADIOLUS.

Cor. ſexpartita : laciniis tribus ſuperioribus conniventibus, inferioribus patentibus. Stam. ex laciniarum corollinarum angulis, aſcendentia.

68. communis. G. foliis enſiformibus; floribus ſecundis, diſtantibus. *Flor. bav. n.* 106.
Habitat in prato Viehhauſerwieſe ad Salisburgum. D. de Helmreich.

IRIS.

Flos inverſus, Antheris extrorſum verſis; Cor. in medio floris, monopetala, tripartita; Stigmatibus ſex, in ambitu, petaloideis: alternis ſterilibus.

69. Pſeudoacorus. I. ſtigmatibus imberbibus, magnis: ſterilibus, quam petali laciniae minoribus; foliis enſiformibus. *Flor. bav. n.* 108.
Habitat ad Neumark.

** *Calamariae.*

SCHOENUS.

Glumae calycinae paleaceae, aggregatae, univalves. Cor. o. Sem. unicum.

70. compreſſus. S. culmo triquetro nudo; ſpiculis diſtichis, compreſſis; involucro monophyllo; foliis caule longioribus. *Flor. bav. n.* 112.
Habitat in montibus Abtenavienſibus, unde attulit D. Iraſeck.

Obſ. Caulis baſi veſtitur longo ſpatio vaginis fuſcis foliorum emarcidorum, ex quibus folia 3 – 4 viridia emergunt, $\frac{1}{3}$ pedis Viennenſis longa, paulo ultra lineam lata, ſed complicantur, et ſic fere ſetacea adparent. Culmus, ſeu potius ſcapus, e medio exurgit, nudus, triqueter, foliis brevior, ni ſpicam computes, et in aliquibus fere etiam computata ſpica; caeterum totus laevis. Spica ultra $\frac{1}{2}$ unciam longa, 3 circiter lineas lata, fulcitur folio florali unico, illa longiori, et componitur ex ſpiculis circiter tredecim,

fuſco-ferrugineis, diſtiche alternis. Quaevis ſpicula, compreſſo-teretiuſcula, fulcitur ſtipula fuſca lanceolata, eiusdem longitudine, deſinente in ariſtam brevem, eſtque multiflora; ſtamina intra quamvis paleam (lanceolatam acutam) 3, capillaria, palea longiora; germen ovato-compreſſum, ſtylus longus, ſtigmata duo. Semen ovato-compreſſum. Floſculi omnes hermaphroditi.

Species haec potius ad Cyperum, quam ad Schoenum referenda.

CYPERUS.

GLUM. CAL. diſtichae, imbricatae, paleaceae. COR. o. SEM. unicum.

71. flaveſcens. C. culmo nudo, triquetro; umbella bifolia; pedunculis inaequalibus, ſimplicibus; ſpicis confertis, denſis, obtuſe lanceolatis. *Flor. bav. n.* 115.
Cyperus flaveſcens. KROCKER *fileſ.* 1. *tab.* 11.
Habitat in humidis arenoſis.

Obſ. Praeter flavum colorem differt a C. fuſco ſpiculis multo latioribus.

72. fuſcus. C. culmo nudo, triquetro; panicula umbellata, bi-triphylla; ſpiculis confertis, planis, linearibus. *Flor. bav. n.* 116.
Habitat in montibus Abtenavienſibus. D. Irafeck.

SCIRPUS.

GLUM. CAL. inordinate imbricatae, paleaceae. COR. o. SEM. unicum, nudum.

73. ſetaceus. S. culmo nudo, ſetaceo; ſpicis pauciſſimis, lateralibus, adgregatis, ſeſſilibus. *Flor. bav. n.* 121.
Scirpus ſetaceus. LEERS *herborn. n.* 35.
Habitat prope Bliembach. D. Irafeck.

74. ſylvaticus. S. foliis planis; culmo triquetro; umbella ſupradecompoſita; ſpiculis ovatis. *Flor. bav. n.* 124.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

ERIOPHORUM.

GLUM. CAL. inordinate imbricatae, ſquarroſae. COR. o. SEM. unicum, pappo longiſſimo cinctum.

75. polyſtachium. E. caulibus teretibus; foliis planis; ſpicis pluribus: defloratis pendulis. *Flor. bav. n.* 126.
Habitat in pratis humidis.

NARDUS.

CAL. o. COR. gluma bivalvis.

76. ſtricta. N. ſpica erecta ſetacea: floribus ſecundis diſtichis. *Flor. bav. n.* 128.
Habitat paſſim in alpibus, gramen inviſum Naturae alpeſtris ſcrutatoribus, quod vias lubricas reddat; ſed quod denſis ceſpitibus creſcat, firmiterque terrae inhaereat, ſaepe etiam gratiſſimum in praecipitiis, quod profundiſſime ad radicem manu prehenſum impediat lapſum.

CAREX.

FLORES ſexu diſtincti.
♂. AMENTO imbricato, tereti. CAL. monophyllus.
♀ ut in mare. STIGM. 2 – 3. SEM. unicum, triquetrum.

* *Spica unica ſimplici.*

77. dioica. C. ſpica ovato-tereti; floribus dioicis; culmo ſetaceo, retrorſum ſcabro. *Flor. bav. n.* 129.
Habitat in paſcuis humidis.

78. pulicaris. C. ſpica ſimplici, oblongo-tereti, ſuperne maſcula, inferne feminea. *Flor. bav. n.* 130.
Habitat in valle Cillara.

** *Spicis plurimis androgynis.*

79. brizoides. C. culmo triquetro ſubnudo; ſpica diſticha: ſpiculis alternis, oblongo-teretibus, ſeſſilibus, approximatis. *Flor. bav. n.* 135.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

80. axillaris. C. ſpiculis ovatis, in alis ſubſeſſilibus, remotis; foliis floralibus longiſſimis.

Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

Obſ. Bracteae, ſeu folia, in quorum axillis ſingulae ſpiculae ſedent, non praeciſe longitudine culmi, ut LINNAEUS ait (*a*), longiſſimae tamen. Spiculae maturae breviſſime pedunculatae, globum echinatum referunt; ſubinde valde remotae ſunt, alias ſat prope ſibi invicem locantur.

**** Spica unica maſcula, femineis ſeſſilibus.*

81. praecox. C. ſpica maſcula oblongo-ovata, craſſiore longioreque ſpicis femineis approximatis, (fere) ſeſſilibus, teretibus; ſquamis calycinis acutis; ſtigmatibus trifidis; capſulis ſubpubeſcentibus. *Flor. bav. n.* 146 nec Synon. Iacquini.

Habitat in valle Cillara.

82. montana. C. ſpica maſcula tereti; femineis maſculae approximatis, ſeſſilibus, globoſo-ovatis; ſquamis calycinis ovato-lanceolatis acutis, margine membranaceis; capſulis tomentoſis. *Flor. bav. n.* 148.

Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

83. filiformis. C. ſpica maſcula oblonga, terminali; femineis ſeſſilibus, gracilibus: infima folio ſuo florali breviori.

Carex filiformis. *Flor. bav. n.* 149.

Habitat in valle Cillara.

Obſ. In caricibus bavaricis ſtigmata ſemper duo: in ſalisburgenſis tria vidi.

***** Spica maſcula unica; femineis pedunculatis.*

84. brachyſtachys. C. ſpicis breviſſimis, ſubnutantibus, longe pedunculatis, filiformibus: femineis raris; capſulis acuminatis; foliis ſetaceis. *Flor. bav. n.* 157.

Habitat in alpibus Salisburgenſibus. D. Iraſeck.

(*a*) Spec. plant. 1383. n. 14.

85. panicea. C. ſpicis femineis remotis, pedunculatis, erectis: florentibus linearibus; capſulis maturis inflatis, obtuſiuſculis; ſpica maſcula terminali, elliptica. *Flor. bav. n.* 154.
n. 152.
Habitat non rara in humidis.

86. ſylvatica. C. ſpica maſcula erecta oblonga; femineis filiformibus, nutantibus, quam pedunculi brevioribus; capſulis longe-roſtratis; foliis enſiformibus. *Flor. bav.*
Habitat in agro Salisburgenſi.

87. alpina. C. culmo tereti ſubtriquetro; ſpicis omnibus linearibus; ſquamis maſculis immarginatis, breviter mucronatis; capſulis oblongis: angulis ſpinuloſis. *Flor. bav. I. p.* 299.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

88. ceſpitoſa. C. ſpicis oblongis, anguſtis, teretibus: femineis remotiuſculis; pedunculatis, vix nutantibus; pedunculis capillaribus; capſulis ovatis, roſtratis; angulis ſpinuloſis. *Flor. bav. I. p.* 299.
Habitat in valle Cillara.

Obſ. Variat ſpicis magis minuſque diſtantibus; ſemper ſpica infima a folio ſuo axillari plurimum excc-ditur.

89. palleſcens. C. ſpicis femineis teretibus remotis; maſcula longiore; capſulis obtuſis; herbae colore glauco.
Carex palleſcens. *Flor. bav. n.* 153.
Habitat circa Salisburgum D. de Helmreich.

Obſ. Multum variat haec ſpecies; facile tamen colore foliorum glauco dignoſcenda, neque enim ſemper piloſa; femineae ſpicae teretes, maſcula anguſtiores.

***** *Spicis maſculis pluribus.*

90. veſicaria. C. culmo triquetro; ſpicis maſculis teretibus, gracilioribus; femineis teretibus, nutantibus; capſulis longe mucronatis: mucrone bifurco.
Carex veſicaria. *Flor. bav. n.* 155.
Carex veſicaria α. Leers *herborn. n.* 724.
Carex ſpicis maribus una pluribus, femineis teretibus pendulis, capſulis conicis, roſtratis, bicornibus. Haller *hiſt. n.* 1409. certo.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

91. acuta. C. ſpica maſcula ſuprema tereti, proxima ovata; femineis teretibus, gracilibus, erectis, folio axillari brevioribus.

Carex ſpicis maribus ovatis, femininis gracilibus erectis, capſulis triquetris conicis. HALLER *hiſt.* 1406.

Habitat in marginibus ſylvarum, etiam in Bavaria obvia.

Obſ. multo minor Carice rufa (*a*); caeterum mire variat. Vidi ſpecimen nullis ſpicis femineis maſculisque, ſed tribus androgynis, iiſque omnibus ovato lanceolatis, ſeu fuſiformibus, praeditum; ſpicae femineae ſeſſiles, alias infima longe pedunculata, alias omnes pedunculatae, ſemper tamen erectae. Color ſpicarum niger. Saepe ſpica ſuprema ovata, apice feminea, baſi maſcula.

SPARGANIUM.

FLORES ſexu diſtincti.

♂. CAL. triphyllus.

♀. CAL. triphyllus. STIGMA bifidum. DRUPA exſucca.

93. erectum. S. foliis triquetris, erectis. *Flor. bav. n.* 159.

Habitat in Foſſis paſſim.

ORDO II.

Stylis duobus

PANICUM.

CAL. bivalvis: valvula exteriore minore; biflorus: floſculo altero hermaphrodito vel neutro (*b*).

94. viride. P. ſpica cylindrica continua; ſetis e ſpicularum baſi compluribus; feminibus nervoſis. *Flor. bav. n.* 171.

Habitat paſſim.

Circa Salisburgum vulgo *der wilde Brein* dicitur; quod nempe PP. miliaceum et italicum ſine addito, *der Brein* vocentur.

(*a*) Flor. bav. n. 158. (*b*) Schreber Car. a Lin. gen. plant. n. 108.

Obſ. Stigmata fuſca vidit MATTUSCHKA (*a*), ſed nempe emortua, nam recentia lutea ſunt. Tertiam calycis valvulam negat KROCKER (*b*); ſed eam vidimus Nos, Ill. MOLLIUS, POLLICH (*c*), LEERS (*d*), alii; litem denique diremit Celeb. SCHREBERUS (*e*): ea nempe eſt floſculi neutrius valva corollina; qui ergo hanc valvulam negant, calycem biflorum dicant: qui adſerunt, uniflorum calycem dicant, quamquam minus recte, neceſſe eſt.

95. Crus galli. P. ſpiculis alternis coniugatiſque, rachi communi inſidentibus, ſpicellatis, pilis rigidis in pedunculorum baſi et valvis calycis; valvis calycinis ariſtatis. *Flor. bav.n.* 173.
Panicum crus galli. LEERS *herborn. n.* 41.
Habitat in cultis.

Obſ. Spica compoſita ex ſpiculis coniugatis alternisque; ſpicula quaevis in ſpicellas minores ſubdiviſa.

96. ſanguinale. P. ſpicis terminalibus, alternis, filiformibus; rachi ancipiti; floſculis ſecundis; caule debili. *Flor. bav. n.* 175.
Digitaria ſanguinalis. SCOP. *carn. II. n.* 72.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich; in montibus Pinzgavienſibus, et in Mitterſill. D. Irafeck.

PHLEUM.

FLORES hermaphroditi.
CAL. gluma bivalvis, apice ſinuato bicuſpide dehiſcens: valvulis aequalibus. COR. incluſa.

97. pratenſe. P. ſpica cylindrica elongata; calycibus brevi-ariſtatis; culmo erecto; radice ſimplici. *Flor. bav. n.* 177.
Habitat paſſim in pratis.

98. alpinum. P. ſpica ovato cylindrica; calycibus piloſis: ariſtis longitudine valvularum. *Flor. bav. n.* 179.
Habitat copioſe in alpeſtribus; e. g. in valle Cillara.

(*a*) Sileſ.
(*b*) Sileſ. n. 89.
(*c*) Palat. n. 58.
(*d*) Herborn. n. 40.
(*e*) loc. cit.

Obſ. Ill. Mollius vidit ſubinde glumam utramque corollinam bipartitam, ut fere quatuor petala eſſent.

ALOPECURUS.

Flores hermaphroditi.
Cal. gluma bivalvis, uniflora. Cor. bivalvis, ariſta duplo longiori.

99. pratenſis. A. glumis calycinis villoſis; ariſtis calyce longioribus; glumis corollinis muticis. *Flor. bav. n.* 180.
Habitat paſſim in pratis.
Obſ. Alopecuro geniculato ariſtam uno latere denticulatam tribuit Scopolius (*a*); ego hanc differentiam non video, quum et A. geniculati et A. pratenſis ariſtae utrinque denticulatae ſeu potius ſetulis breviſſimis rigidis hiſpidae ſint.

AGROSTIS.

Flores hermaphroditi.
Cal. gluma bivalvis, uniflora, corollam non adequans.
Stigmata longitudinaliter hiſpida.

100. Spica venti. A. valva corollina exteriore ariſta longiſſima infra apicem orta; panicula diffuſiſſima. *Flor. bav. n.* 183.
Habitat in agris paſſim.

101. capillaris. A. paniculae ramis patentibus, capillaribus; valvis calycinis anguſtis, acutis, aequalibus, coloratis; corollis mutieis, culmo recto. *Flor. bav. n.* 190.
Agroſtis capillaris. Leers *herb. n.* 54.
Habitat ad viarum publicarum margines, ad agrorum limites paſſim.

AIRA.

Flores hermaphroditi.
Cal. gluma bivalvis, biflora, absque floſculo imperfecto.

(*a*) Carn. II. n. 82.

102. alpina. A. ſpicularum ariſtis longis, flexuoſis; ramis panicularibus, ternatis; foliis ſetaceis. *Flor. bav. n.* 186.
Habitat in valle Cillara.

103. ceſpitoſa. A. foliis planis; paniculae florentis ramis patentibus; corollae ſuperioris baſi villoſa, inferioris glabra: valva exteriori ariſtata: ariſta longitudine calycis.
Aira ceſpitoſa. *Flor. bav. n.* 192.
Leers *herborn. n.* 59.
Habitat in pratis.
Obſ. Agroſtin mentitur, panicula ſatis ſpecioſa. Spiculae minutae. Gluma corollina exterior 3–4dentata; ariſta ex baſi. Baſis corollae ſuperioris in quavis ſpicula villis veſtita, et inferioris glaberrima.

MELICA.

Cal. Gluma bivalvis, biflora, cum floſculo tertio imperfecto; glumae calycinae aequales, floſculos involventes.

104. nutans. M. corollis margine glabris; florum racemo ſecundo; ſpiculis bifloris; floribus hermaphroditis. *Flor. bav. n.* 199.
Habitat ad Salisburgum. D. de Helmreich.

MOLINIA.

Cal. floſculis minor, bivalvis: valvulis inaequalibus, lanceolatis. *Floſculi* conici, involuti.

105. varia. M. geniculis paniculae nudis. *Flor. bav. n.* 201.
Habitat circa Salisburgum in campis udis. D. de Helmreich.

HOLCUS.

Flores polygami.
☿. Cal. gluma 1—2 flora. Cor. ariſtata.
♂. Cal. gluma bivalvis. Cor. o.

106. lanatus. H. calycibus bifloris molliter piloſis; floſculo maſculo inermi, feminei ariſta longitudine glumae, inarticulata, unciformi. *Flor. bav. n.* 165.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

POA.

Flores hermaphroditi.
Cal. gluma bivalvis, multiflora; valvulis margine ſcarioſis, acutis. Spiculis ovatis.

107. trivialis. P. panicula breviori, anguſtiori; ſpiculis 2—3 floris, rachi breviter piloſa; valvis corollinis externis lanceolatis, baſi lanatis. *Flor. bav. n.* 207.
Poa trivialis. Leers *herborn. n.* 66.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

108. anguſtifolia. P. panicula florente diffuſa; ramis paniculatibus 5—6 natis; ſpiculis 3—4 floris, rachi corollisque piloſis; foliis linearibus. *Flor. bav. n.* 208.
Poa anguſtifolia. Leers *herbon. n.* 67.
Habitat in pratis, ſylvarum marginibus.
Obſ. Simillina ſequenti, foliis ſolis diverſa.

109. pratenſis. P. panicula florente diffuſa; ramis paniculatibus, 5—7 natis; ſpiculis 3—5 floris, ovatis, corollis baſi lanatis; foliis latiusculis. *Flor bav. n.* 209.
Poa pratenſis. Leers *herborn. n.* 68.
Habitat in pratis.

110. bulboſa. P. panicula ſecunda ſubpatula; ſpiculis cylindricis quadrifloris: valvulis corollinis exterioribus acutis; radice bulbiformi. *Flor. bav. n.* 213.
β. vivipara.
Habitat in Raurifer Goldberg; in ſummis alpibus Zemae; in Windsfeld Lungaviae.

111. diſticha. P. ſpica ovata, compreſſa; ſpiculis diſtichis, quinquefloris; foliis ſubulatis.
Poa diſticha. de Wulfen *miſc.* Iacqu. *II.* 74.
Seſsleria. locuſtis quinquefloris, diſtichis, calyce bidentato. Haller *hiſt. n.* 1447.
Habitat in Raurifer Goldberg; et in ſummis alpibus vallis Cillarae; in Breiteneggerkarr Zemae.

BRIZA.

Flores hermaphroditi.
Cal. bivalvis, multiflorus: Cor. cordata, valvulis ventricosis. Spiculis compressis, suborbicularibus.

112. media. B. ramis panicularibus, multinatis, inordinate divisis. *Flor. bav. n.* 215.
Habitat passim in pratis.

DACTYLIS.

Flores hermaphroditi.
Cal. bivalvis, multiflorus. valvula altera maiore.

113. glomerata. D. panicula secunda: partibus conglomeratis.
Dactylis glomerata. *Flor. bav. n.* 216.
Leers *herborn. n.* 57.
Bromus conglomeratus. Scop. *carn. n.* 111.

CYNOSURUS.

Flores hermaphroditi.
Cal. bivalvis, multiflorus: valvulis linearibus, acuminatis. Receptaculo unilaterali (Spiculae bracteis interstinctae).

114. cristatus. C. bracteis digitato-divisis. *Flor. bav. n.* 217.
Habitat in pratis, ad agrorum viarumque margines passim.

115. Sesleria. C. bracteis indivisis; spica compressa: gluma corollina externa apice trimucronata. *Flor. bav. n.* 218.
Cynosorus coeruleus. Lin. *syst. veget.* 117. *n.* 5. male, nam saepissime spica flava occurrit.
Habitat in Salzgefaell et in Abtenavia. Ill. Mollius. etiam circa Salisburgum D. de Helmreich.

Obs. Spica ovata oblongave, coerulea flavave.

116. sphaerocephalus. C. bracteis lacero dentatis; spica globosa; foliis linearibus.

Cynosurus sphaerocephalus. DE WULFEN IACQU. *misc. II.* 71.

Habitat rariſſima planta in alpibus Karrthal et Frosnitz, ubi eam Celeb. HAENKE (*a*) legit.

FESTUCA.

FLORES hermaphroditi.

CAL. multiflorus. SPICULAE teretes. COROLL. bivalvis, apice ariſtata.

117. ovina. F. panicula anguſtata; culmo ſupra tetragono; foliis anguſtis, ſiccitate ſetaceis.

Feſtuca ovina. *Flor. bav. n.* 220.

Habitat Salisburgi. D. de Helmreich.

Obſ. Multum variat hoc gramen; hinc nec ſitus paniculae ſecundus, nec piloſitas eiusdem, nec ſpicularum ariſtae characterem intrare queunt; vidi enim etiam paniculam ſparſam, minime piloſam; defectum ariſtarum ſubinde obſervarunt SCOPOLI (*b*) et LEERS (*c*); non addunt, quem tum planta de reliquo habitum geſſerit: mihi videtur, laetiorem, et ſecundum omnes partes paulo maiorem, uti et ſolum, in quo crevit, paulo pinguius eſſe debuiſſe. Sed culmus erectus: parte ſui ſuperiore tetragona, et folia ſiccitate ſetacea pro charactere ſufficiunt.

118. barbata. F. panicula anguſtata; glumis corollae exterioribus margine barbatis; culmo ſupra ſemitereti; foliis ſiccitate ſetaceis.

Feſtuca panicula ſtricta, locuſtis teretibus quadrifloris. HALLER *hiſt. n.* 1439.

Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

Obſ. Habitus feſtucae ovinae, ſed culmus, qua parte nudus eſt, hinc teres inde planus, ut fere in F. rubra. Panicula contracta. ramis fere ſolitariis aut binis ex eodem loco prodeuntibus; ſpiculae 4—5 florae; calycis glumae inaequales, minor ſubulata; glumae corollinae valvae exteriores ſuperiore ſui medietate hirſutae, et praeſertim margine barbatae; ariſta vix valvae oppoſitae longitudine.

(*a*) Iacqu. coll. II. 67. (*c*) Herborn. n. 74.
(*b*) Carn. II. n. 112.

BROMUS.

Flores hermaphroditi.
Cal. bivalvis, multiflorus. Cor. oblonga; valvulis exterioribus infra apicem aristatis.

119. mollis. B. panicula erectiuscula; spiculis ovatis: aristis rectis, panicula foliisque molliter villosis. *Flor. bav. n.* 229.
Bromus mollis. Leers *herborn. n.* 82.
Habitat circa Salisburgum passim.

120. arvensis. B. panicula subnutante; spiculis oblongo ovatis; corollis imbricatis, glabris, membranacee marginatis, obtuse mucronatis; aristis brevibus flexuosis auf subnullis.
Bromus arvensis α et β. *Flor. bav. n.* 226.
Habitat in valle Cillara inter segetes.

121. triflorus. B. panicula sparsa, subnutante; ramis paniculatibus, fere binatis: superioribus brevioribus: spiculis parvis, ovatis, longe aristatis, glabris, pauci—(3—5) floris. *Flor. bav. n.* 235.
Habitat ad Werfen. D. Irasseck.

AVENA.

Cal. bivalvis, multiflorus. Cor. oblonga: arista torta dorsali aut baseos.

122. fatua. A. paniculata; calycibus trifloris: flosculis omnibus pilosis aristatis. *Flor. bav. I. p.* 375.
Avena fatua. Leers *herborn. n.* 90.

Habitat in agris Lungavienſibus copiosa, D. de Helmreich, invisum colonis gramen.

Obs. Simillima A. sativae.

123. pubescens. A. panicula angustata; calycibus 2—5 floris; flosculis omnibus aristatis, rachi pilosa; gluma corollina exteriore multidentata. *Flor. bav. n.* 247.
Avena pubescens. Leers *herborn n.* 91.

Habitat in pratis Salisburgenſibus. D. de Helmreich.

124. elatior. A. paniculata; calycibus bifloris: floſculo mare longe ariſtato, hermaphrodito ſubinermi. *Flor. bav. n.* 245.

Avena elatior. Leers *herborn n.* 88.

Habitat in pratis Salisburgenſibus. D. de Helmreich.

125. flaveſcens. A. paniculata; calycibus 2—5 floris; floſculis omnibus ariſtatis: gluma exteriore bidentata; valva calycis altera breviſſima; rachi piloſa.

Avena flaveſcens. Leers *herborn n.* 93.

Avena ſpiculis maiusculis: valva corollina extetiore apice dentibus duobus membranaceis. *Flor. bav. n.* 248. *β.*

Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

126. pratenſis. A. paniculata; pedunculis ſimplicibus: ſpicula unica, 3—5 flora: floſculis omnibus ariſtatis; rachi villoſa. *Flor. bav. n.* 249.

Avena pratenſis. Leers *herb. n.* 92.

Habitat in pratis ſterilibus, arenoſis.

β. A. panicula pauciflora; pedunculis ſua ſpicula brevioribus.

Gramen avenaceum alpinum anguſtifolium, locuſtis ariſtatis, in ſpicam dispoſitis. Scheuchz. *agroſt. p.* 228. *Tab.* 4. *fig.* 22.

Habitat in alpinis montium Zemae.

Obſ. Longitudine dimidae ſpithamae; panicula ſpici formis unciam longa, conſtans ex brevibus, ſolitariis, ſimpliciſſimis (4—5) pedunculis ſpiculas ſingulas ſuſtinentibus. Glumis fuſcopurpureis, flavicanti marginatis. Floſculi 4—5, oblongi, ariſtis longis, flexis. Spicularum rachis villoſa.

ARUNDO.

Cal. bivalvis: valvulis aequalibus. Cor. inermis, baſi villoſa.

127. Phragmites. A. panicula patula; calycibus quinquefloris. *Flor. bav. n.* 250.

Arundo Phragmitis. Leers *herborn. n.* 94.

Habitat in aquis pigris paſſim.

LOLIUM.

CAL. univalvis: valva exteriore. SPICULAE compreſſae, latere anguſtiori ad rachin communem adpreſſae.

128. perenne. L. ſpiculis ſeſe contingentibus, multifloris. *Flor. bav. n.* 252.
Lolium perenne. LEERS *herborn. n.* 97.
Habitat paſſim in agris, ruderatis, et ad muros.

TRITICUM.

CAL. bivalvis, multiflorus. SEMINA oblongo-ovata, utrinque obtuſa. SPICULAE compreſſae, latere latiori ad rachin communem adpreſſae.

129. repens. T. ſpiculis compreſſis, 4—6 floris; calycibus anguſtis, acutis; caulis parte ſub terra repente ſquammoſa, radiciformi. *Flor. bav. n.* 264.
Triticum repens. LEERS *herborn. n.* 95.
Habitat in hortis, pratis, etiam agris.

ORDO III.

Stylis tribus.

HOLOSTEUM.

CAL. pentaphyllus. COR. pentapetala. CAPS. ſubcylindrica, apice dehiſcens.

130. umbellatum. H. floribus umbellatis. *Flor. bav. n.* 266.
Holoſteum umbellatum. KROCKER *ſiles. I. Tab.* 31.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

CLASSIS TETRANDRA.

STAMINIBUS *quatuor liberis.* COROLLA *nulla,— seu polypetala — seu monopetala regulari, — seu monopetala irregulari, sed cui stamina inserta non sint.*

ORDO I.

Stylo unico.

* *Flores superi.*

SHERARDIA.

COR. monopetala, infundibuliformis, SEMINA duo, tridentata.

131. arvensis. S. foliis omnibus verticillatis; floribus terminalibus. *Flor. bav. n.* 267.
Habitat in agris.

ASPERULA.

COR. monopetala, infundibuliformis. SEMINA duo, globosa.

132. odorata. A. foliis octonis, lanceolatis; florum fasciculis pedunculatis. *Flor. bav. n.* 268.
Habitat in sylvis faginis, betulinis.

133. cynanchica. A. foliis quaternis: superioribus oppositis, stipulatis; floribus quadrifidis. *Flor. bav. n.* 270.
Habitat passim circa Salisburgum in montibus.

VALANTIA.

FLORES polygami.
CAL. o. COR. 3—4 partita. STYL. bifidus. SEMEN unicum.

134. cruciata. V. floribus masculis quadrifidis; pedunculis bifoliis; foliis ovatis, pubescentibus. *Flor. bav. n.* 271.

Habitat ad ſepes circa Salisburgum. D. de Helmreich. etiam circa Neumarkt. D. Bar. de Moll.

GALIUM.

Cor. monopetala, rotata. Semina duo, ſubgloboſa.

* *Fructu glabro.*

135. uliginoſum. G. foliis ſenis, lanceolatis, mucrone brevi, margine ſpinulis uncinatis. *Flor. bav. n.* 273.

Habitat in udis circa Salisburgum, et in valle Cillara.

136. puſillum. G. foliis ſenis octonisve, apice mucronatis: inferioribus ovato-lanceolatis, ſuperioribus lanceolato-linearibus; florum faſciculis terminalibus, trifidis, dichotomis. *Flor. bav. n.* 274.

Habitat in valle Cillara.

137. verum. G. foliis octonis, linearibus, ſubtus biſulcatis; ramis florentibus brevibus; floribus flavis. *Flor. bav. n.* 276.

Habitat in valle Cillara, et alibi paſſim ad agrorum margines.

138. ſylvaticum. G. foliis caulinis octonis, floralibus oppoſitis: omnibus obverſe ovato-lanceolatis, mucronatis, margine ſpinuloſis; caule glabro. *Flor. bav. n.* 277.

Habitat in valle Cillara.

139. Mollugo. G. foliis octonis, lanceolato-linearibus, acutiſſimis, patentibus, glabris; caule quadrangulo, glabro, debili; ramis patentibus. *Flor. bav. n.* 278.

Habitat in valle Cillara.

140. ciliatum. G. foliis ſenis, lanceolato-linearibus, acutiſſimis, ſubaſperis, ciliatis; caule anguloſo.

Galium caule anguloſo, foliis ſenis ſubaſperis, ariſtatis. Haller *hiſt. n.* 715.

Galium album minimum πανοσπερμον. Barrelier *icon.* 57. Naturali magnitudine delineatum; ſed raro tam ramoſum occurrit.

Habitat in valle Cillara.

Obſ. Planta ſpithamam circiter alta, aſcendens, parum ramoſa; caule quadrangulo, glabro; foliis fere ſeptenis, lineari lanceolatis, inferioribus valde hiſpidis, ſuperioribus minus: omnibus ciliatis, apice acutiſſimis. Flores albi.

Hallerus cum dubio etiam Iuſſieui Galium ſaxatile minimum ſupinum et pumilum ex actis Gallicis ad hanc ſpeciem adfert; ſed huic folia glabra ſunt, non hirſutula uti noſtro, hinc etiam Linnaeus Iuſſieui plantam ad ſuum Galium minutum retulit (*a*).

141. ſpurium. G. foliis ſenis, lanceolatis, margine ſpinuloſis; geniculis ſimplicibus; fructibus iunioribus hiſpidulis; caule debili, quadrangulo, glabro. *Flor. bav. n.* 280.

Habitat in monte Capucinorum, ubi ſero adhuc autumno legi.

** *Fructu hiſpido.*

142. boreale. G. foliis quaternis, glabris, trinerviis, lanceolatis; caule erecto. *Flor. bav. n.* 283.

Habitat in valle Cillara.

143. rotundifolium. G. foliis quaternis, ovatis, trinerviis, hiſpido-ciliatis. *Flor. bav. n.* 284.

Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

144. Aparine. G. foliis octonis, lanceolatis, margine carinaque retrorſum minute aculeatis; geniculis villoſis. *Flor. bav. n.* 285.

Habitat paſſim in agris, pratis.

SANGUISORBA.

CAL. diphyllus. COR. tetrapetala. CAPS. inter calycem et corollam.

145. officinalis. S. ſpicis ovatis. *Flor bav. n.* 286.

Habitat paſſim in pratis.

CORNUS.

CAL. quadridentatus, breviſſimus. COR. quadripetala. DRUPA.

(*a*) Spec. plant. 124. n. 10.

146. ſanguinea. C. caule arboreo; cymis nudis; foliis glabris; ramis rectis. *Flor. bav. n.* 288.
Habitat in ſepibus.

147. maſcula. C. caule arboreo; involucro magnitudine umbellae. *Flor. bav. n.* 287.
Habitat in monte Capucinorum et Gaiſsberg prope Salisburgum; D. de Helmreich: item in Rohrberg vallis Cillarae. Ill. Mollius.

Obſ. Viſci genus probabiliter in principatu Salisburgenſi non deeſt; in urbis vicinia frequens in Quercu occurere dicitur, an Loranthus? Ego de neutra planta pronuntio, quia neutra mihi in herbariis, quae conſului, occurrit.

** *Floribus inferis.*

PLANTAGO.

CAL. quadrifidus. COR. quadrifida: limbo reflexo. FILAM. longiſſima. CAPS. bilocularis.

148. media. P. foliis ovatis, ſubacutis, byſſinis; petiolis brevibus; ſcapo tereti; ſpica ovata cylindricave. *Flor. bav. n.* 291.
Habitat in pratis paſſim.

149. lanceolata. P. foliis lanceolatis; ſpica ovata, nuda; ſcapo ovato. *Flor. bav. n.* 292.
Habitat cum priore.

150. alpina. P. foliis anguſto-lanceolatis, piloſis; ſpica ovata oblongave, nigricante.
Plantago alpina. *Flor. bav. n.* 293.
Habitat im Tennengebirge, in Salzgefaell; in Heimalpe; et alibi paſſim in alpibus.

HIPPOPHAË.

FLORES dioici.

♂. CAL. bipartitus. COR. o.

♀. CAL. bifidus. COR. o. BACCA monoſperma.

151. rhamnoides. H. foliis anguſto-lanceolatis. *Flor. bav. n.* 296.
Habitat ad Salzam.

ALCHEMILLA.

CAL. octofidus. COR. o. SEM. 1.

152. vulgaris. A. foliis lobatis. *Flor. bav. n.* 297.
Habitat in pratis.

153. alpina. A. foliis digitatis, ferratis. *Flor. bav. n.* 298.
Habitat in Waxeggerbergmaedern Zemae vallis Cillarae.

URTICA.

FLORES sexu diſtincti.

♂. CAL. quadriphyllus. COR. o.

♀. CAL. bivalvis. COR. o. SEM. 1.

154. urens. U. foliis oppoſitis, ovatis, groſſe ſerratis; racemis cylindricis androgynis. *Flor. bav. n.* 300.
Habitat in cultis.

155. dioica. U. foliis oppoſitis, cordatis, groſſe ſerratis; floribus dioicis; racemis geminis. *Flor. bav. n.* 301.
Habitat in ſepibus, frutetis paſſim.

PARIETARIA.

FLORES polygami.

☿. CAL. quadrifidus. COR. o. SEM. 1.

♀. CAL. COR. ut in hermaph. STAM. o.

156. officinalis. P. foliis ovato-lanceolatis, acutis, alternis; calycibus diphyllis. *Flor. bav. n.* 302.
Habitat in agro Salisburgenſi. D. de Helmreich.

Obſ. Staminum filamenta ante floreſcentiam convoluta, inſtante foecundatione, tempore calido diſſiliunt elaſtice, pollinemque ſpargunt (*a*), manifeſto argumento, eiusmodi motus, quos ſpontaneos rentur quidam, a cauſis mere externis, quae vaſorum fibrarumque contractionem expanſionemque cauſant, dependere.

(*a*) Cyrill. comm. L. III.

ORDO II.

Stylis duobus.

BETULA.

Flores ſexu diſtincti.

♂. Cal. monophyllus, trifidus, triflorus. Cor. quadripartita.

♀. Cal. monophyllus, ſubtrifidus. Cor. o. Sem. alatum.

157. alba. B. foliis cordatis, acuminatis, biſerratis: dentibus acutis; ramis rectis. *Flor. bav. n.* 303.
Habitat paſſim in ſylvis.

158. pendula. B. foliis cordatis, acutis, biſerratis: dentibus acutis; ramis pendulis. *Flor. bav. n.* 304.
Habitat in montibus Salisburgenſibus Moenchsberg et Ofenlochberg, ubi eam variae aetatis, ſed ſemper ramis pendulis et habitu triſtiore vidi.

159. ovata. B. foliis ovatis, biſerratis: dentibus acutis; ramis angulosis; amentorum pedunculis ramoſis. *Flor. bav. I. p.* 419.
Habitant ad alpem Grawand in Zem vallis Cillarae.

Obſ. Frutex eſt humilis, folia tamen unciam longa. *Ludern* Cillerenſibus dicitur.

160. nana. B. foliis orbiculatis, crenatis; amentorum pedunculis ſimpliciſſimis.
Betula nana. Pallas *roſſ. Tab. XL. D. E. F. G.* (*a*)
Habitat in turfoſis ad Bundſchuh.

Obſ. Fruticulus ſpithamae unius et dimidiae, aut duarum, cortice ramorum Betulae albae, ſed obſcuriore; iuniores ramos pubeſcentes dicit Pallaſius, et ego tales invenio; folia breviſſime petiolata, orbiculata, profundius crenata, minime in acumen producta. Amenta feminea alterna, breviſſime pedunculata, ovata, recta.

(*a*) Unica horula elegantiſſimi huius operis et vere caeſarei primes duos faſciculos inſpiciendi mihi occaſio facta eſt.

Cave, hunc elegantiſſimum fruticem cum Betula humili Florae Bavaricae (*a*) confundas, quae eſt Betula fruticoſa Pallasii (*b*).

161. Alnus. B. foliis ſuborbicularibus, inordinate ſerratis; petiolis glanduloſis. *Flor. bav. n.* 306.
Habitat paſſim ad aquas.

Obſervatio.

Betulae ad noſtra haec tempora innotuere ſequentes ſpecies:

1. B. *alba*
2. B. *pendula.*
3. B. *ovata.*
4. B. *dalecarlica*, foliis ſubpalmatis: laciniis dentatis. Lin. iun. *Suppl. p.* 416.

5. B. *nigra*, foliis rhombeo-ovatis, acuminatis, duplicato-ſerratis. Lin. *Syſt. veg. XIV. p.* 849. *n.* 3.

6. B. *lenta*, foliis cordatis, oblongis, acuminatis, ſerratis. Lin. *Syſt. veg. XIV. p.* 849. *n.* 3.

7. B. *nana.*

8. B. *humilis*, foliis utrinque glabris, ſimpliciter ſerratis: ſerraturis groſſiuſculis; pedunculis ſimplicibus; ſquamis calycinis laevibus. *Flor. bav. n.* 305. B. fruticoſa. Pallas *it. III. p.* 133.
Pallas *Roſſ. Tab. XL. Fig. A – C.*

9. B. *pumila*, foliis obovatis, crenatis; ſquamis calycinis femineis rugoſis.
Betula pumila. Lin. *Syſt. nat. XIII. Tom. II. mant. p.* 124.

10. B. *Alnus.*

11. B. *incana*, foliis incanis, ovatis, acutis, biſerratis; ſtipulis lanceolatis; amentis ſpicatis. Lin. iun. *Suppl. p.* 417.

12. B. *pinnata*, foliis pinnatis, ſupra villoſis, ſubtus incanis.
B. pinnata. *Lundmark nya Handl.* 1790. *p.* 130.
Dicitur ſpecies hybrida ex patre Sorbo aucuparia, matre Betula incana.

(*a*) n. 305. (*b*) Roſſ. Tab. XL. A. B. C.

CUSCUTA.

CAL. 4—5 partitus. COR. 4—5 fida. CAPS. bilocularis.

162. Epithymum. C. aphylla, filiformis; floribus aggregatis, quinquefidis, bracteatis. *Flor. bav. n.* 311.
Habitat in pratis, agris lino conſitis vallis Cillarae et circa Salisburgum.

ORDO. III.

Stylis tribus.

BUXUS.

FLORES ſexu diſtincti

♂. CAL. triphyllus. COR. dipetala. GERMINIS rudimentum.

♀. CAL. bivalvis. COR. o. SEM. 1.

163. ſempervirens. B. *Flor. bav. n.* 312.
Hoſpitatur paſſim, occurrit etiam caule arboreo.

ORDO. IV.

Stylis quatuor.

ILEX.

FLORES polygami.

♂. CAL. 4dentatus. COR. rotata. STAM. 4.

♀. COR. pentapetela. STAM. 5.

164. Aquifolium. I. foliis ovatis, acutis, margine ſpinoſis aut integerrimis. *Flor. bav. n.* 313.
Habitat ad Neumarkt; D. Bar. de Moll. Etiam in Unterſperg; D. Bar. de Rhelingen.

Obſ. Agrifolii nomine hanc plantam aliqui impertiunt, ſed perperam: ego in Plinio, qui eius ſaepius mentionem facit, conſtanter Aquifolium invenio, et recte: Agrifolium enim non eſt ſoloeca, ex graeco ἄγριος (ſylveſtris) et latino *Folium*, quam compoſitionem latina lingua non fert. Ego vocem non ex *Aqua* et *Folium*, ſed ex *Acutus* et *Folium* coiviſſe exiſtimo,

ut esset *Acutifolium*, quod usu pronunciationeque rustica in *Aquifolium* abivit; neque enim dubium est, elegantem latinitatem multa corrupta vocabula recepisse ab hominibus rusticanis, quibus res iis significatae familiares erant, secus ac literatis in urbe; quod hodie in lingua Germanica experimur: ita dicimus *Ruchgras* (Anthoxanthum) pro *Riechgras* vel *Geruchgras*; *Sammkraut* (Potamogeton) pro *Samenkraut*; *Nießwurz* (Helleborus) pro *Nießwurzel*; *Enzian* pro *Gentiane*; *Steinbrech* (Saxifraga) pro *Steinbrecher*, et quae sunt huiusmodi.

POTAMOGETON.

Cal. o. Cor. quadripetala. Styl. o. Sem. 4.

165. perfoliatum. P. foliis cordatis amplexicaulibus. *Flor. bav. n.* 316.
Habitat in fossis.

CLASSIS PENTANDRA.

Staminibus quinque liberis.

ORDO. I.

Stylo unico.

**. Corolla monopetala infera.*

MYOSOTIS.

Cor. hypocrateriformis, quinquefida: lobis emarginatis; fauce glandulosa.

166. annua. M. seminibus nudis; foliorum apicibus incrassatis; radice annua. *Flor. bav. n.* 325.
Habitat in agris.

167. perennis. M. seminibus nudis; foliorum apicibus incrassatis; radice perenni. *Flor. bav. n.* 326.
Habitat in humidis, et tum glabra; etiam in sepibus, et pilosa; denique in siccissimis alpibus, et tum insigni-

ter hiſpida. Videant tamen, quibus vacat rem cultura experiri, num glabra illa Myoſotis, quae ad aquas vulgaris occurit, non ſpecie differat, ſaltem ab alpina, quod valde ſuſpicor.

LITHOSPERMUM.

Cor. infundibuliformis: faux nuda, perforata. Cal. quinquepartitus.

168. officinale. L. ſeminibus glabris; corollis vix calyce longioribus; foliis lanceolatis. *Flor. bav. n.* 328.
Habitat in agris.

ANCHUSA.

Cor. infundibuliformis, fauce tuberculis clauſa; tubo baſi angulato.

169. officinalis. A. racemis ſecundis, involutis: floribus imbricatis; foliis lanceolatis. Anchuſa officinalis. *Flor. bav. n.* 337.
Habitat circa Salisburgum, et in valle Cillara.

CYNOGLOSSUM.

Cor. infundibuliformis. Fruct. Arilli quatuor, monoſpermi, ſtylo affixi.

170. officinale. C. ſtaminibus corolla brevioribus; foliis lanceolatis, groſse tomentoſis. *Flor. bav. n.* 333.
Habitat paſſim ad vias.

PULMONARIA.

Cor. infundibuliformis, fauce pervia. Cal. pentagonus.

171. officinalis. P. foliis radicalibus ovato-cordatis, hiſpidis. *Flor. bav. n.* 334.
Habitat in valle Cillara.

Obſ. Foliis maculatis et immaculatis occurrit.

SYMPHYTUM.

Cor. limbo tubuloſo inflato; fauce radiis quinque ſubulatis (ſtaminibus caſtratis, et cum fertilibus alternantibus).

172. officinale. S. foliis ovato-lanceolatis decurrentibus, omnibus alternis; radice brachiata. *Flor. bav. n.* 335.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

Obſ. Corollae purpureae aut albae.

173. tuberoſum. S. foliis ovato-lanceolatis: ſummis oppoſitis; radice tuberoſa.
Symphytum tuberoſum. *Flor. bav. n.* 336.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

Obſ. Corollae flavae, vix albae.

CERINTHE.

Cor. limbo tubuloſe inflato: fauce pervia, nuda. Fruct. capſulae duae, diſpermae, ſemina mentientes.

174. minor. C. foliis amplexicaulibus, integris; corollis profunde quinquefidis: laciniis acutis, conniventibus. *Flor. bav. n.* 338.
Habitat in agris circa Greding prope Salisburgum. D. de Helmreich.

Obſ. Antherae inter ſe hamulis baſeos cohaerent implexis (*a*).

ECHIUM.

Cor. campanulata, irregularis; fauce pervia, nuda.

175. vulgare. E. caule convexo-punctato, hiſpido; foliis caulinis lanceolatis, hiſpidis; florum ſpicis axillaribus; floribus ſecundis; corollae limbo inaequali. *Flor. bav. n.* 343.
Habitat paſſim ad vias.

Obſ. Florum ſpicae in racemum collectae.

ARETIA.

Caps. unilocularis, quadri- vel quinquevalvis. Cor. hypocrateriformis, quinquefida: fauce glandulis anguſtata (*b*). Stigma depreſſum, capitatum (*c*). Involucrum o.

(*a*) Cyrill. com XIII.
(*b*) Haller hiſt. p. 273.
(*c*) Lin. edit. Reich. I. p. 407.

176. helvetica. A. foliis oblongo-ovatis, hiſpidis, imbricatis; pedunculis folio brevioribus.
Aretia helvetica. Lin. *ed. Reich. I.* 407. *n.* 1.
Aretia foliis ſubhirſutis, ovatis, cauliculos tegentibus; floribus breviſſime petiolatis. Haller. *hiſt. n.* 617.
Habitat in Rauriſer Goldberg locis editioribus.

177. alpina. A. foliis oblongis, patentibus (*a*); pedunculis folio longioribus.
Aretia alpina. Lin. *ed. Reich. I.* 408. *n.* 2.
Aretia foliis ovatis, repandis, ſcapis unifloris. Haller. *hiſt. n.* 618.
Habitat in ſummis alpibus Zemae, in rupibus ad Rothenkopf et Waxeggerkarr.

Obſ. Utraque ſpecies ſetis minutis trifurcatis hiſpida, ſed pili hi in praeſenti paulo maiores, at rariores quam in praecedenti. Diſtinguitur ab A. helvetica, praeter dicta in charactere ſpecifico, foliis praeciſe oblongis, paulatim lateſcentibus, nec ullo modo ovatis, et habitu latiore. Obſervavit tamen Ill. Mollius, iuniorem plantam egregie helveticam mentiri, pedunculis inter folia latentibus, qui dein ſucceſſive elongantur, et e roſulis foliorum aſſurgunt; addit praeterea, ſegmenta floris nunc eſſe latiora, nunc anguſtiora, nunc integra, nunc ſerrata, colore iam coeruleo, iam lacteo; vidit praeterea colorem coeruleum aetate palleſcere: denique vidit etiam ſegmenta croceo marginata.

ANDROSACE.

Cor. hypocrateriformis: fauce glanduloſa. Caps. unilocularis. Umbella plerisque.

178. Chamaeiaſme. A. foliis radicalibus, ovatis, aggregatis, ſcapoque et calyce turbinato piloſis. *Flor. bav. n.* 344.
Habitat paſſim in alpibus.

179. lactea. A. foliis radicalibus, lineari lanceolatis; umbella involucrum pluries ſuperante, aut nulla.
Androſace lactea. *Flor. bav. n.* 345.
Habitat copioſiſſima in alpibus Abtenavienſibus.

(*n*) Lin. loc. citando. Ego in ſicco exemplari adpreſſa vidi.

Obſ. Scapi plerique (in magno exemplarium numero, quem coram habeo, omnes) uniflori; in Bavaricis mihi pauci bi- triflori occurrerunt.

180. Halleri. A. foliis radicalibus, lineari lanceolatis, hiſpidis; umbella involucrum multoties ſuperante.

Aretia Halleri. LIN. *Spec. plant. I. p.* 204. ubi perperam, ut videtur, cum Androſ. carnea coniungit.

Aretia foliis craſſis, rugoſis, gramineis, ſcapis multifloris. HALLER. *hiſt. n.* 619.

Habitat in ſummis rupibus Brennkogel cum Geo reptante.

Obſ. Caulis, folia, calyces ſetis furcatis hiſpidi ſunt, uti Leontodon hiſpidum, aut Aretiae noſtrae; quod pubeſcentiae genus in nulla. quod ſciam, planta mutato ſolo, aut meliori cultura, detergi ſolet, hinc vel ideo ſpecies haec ab Androſace carnea removenda, cum qua coniunxit REICHARDUS quoque (*a*), a qua etiam proportionibus involucri removetur, quod in A. carnea umbellam aequare dicitur, in noſtra proportione minus eſt, quam in A. lactea fera (nam in culta pedicelli magis excreſcunt); in unica tamen plantula foliola involucri longitudine pedicellorum erant, ſed forte ea iunior adhuc erat.

Habitus plantae omnino A. lacteae, ſed tota hiſpida, ſetis breviſſimis furcatis; involucrum foliolis 4 aut 5 componitur; flores in quavis umbella duos aut tres. nec plures, invenio. Corollae ſegmenta ovata.

Ego inter Aretiam, et Androſacem limites non inxenio; involucri enim praeſentia abſentiave genus conſtituere nequit, quod ex dictis de Androſace lactea patet; nolui tamen coniungere genus utrumque, quum Aretiam nullam examinare vivam recentemve potuerim.

PRIMULA.

COR. infundibuliformis: fauce pervia. CAPS. unilocularis. UMBELLA plerisque.

181. officinalis.P. floribus omnibus nutantibus; corollae limbo brevi, ſuberecto, tubi medio inflatiuſculo;

(*a*) Syſt. plant. Lin. I. 410. n. 6.

foliis rugosis, dentatis, subtus pilosis, supra glabris. *Flor. bav. n.* 347.

Habitat in valle Cillara; frequens in colle Siegharts-stein, et circa Trübenbacum.

182. elatior. P. foliis rugosis, dentatis; scapo multi-floro; floribus exterioribus nutantibus, mediis erectis; corollae limbo patente. *Flor. bav. n.* 348.

Habitat priore multo frequentior.

183. farinosa. P. foliis glabriusculis, crenatis, subtus farinoso-albis; corollae limbo patentissimo; tubo fere calyci aequali.

Primula farinosa. *Flor. bav. n.* 349.

Habitat in valle Cillara, ubi ad Gerlosstein, et in humidis inter Furt et Blüemer copiosa; item ad Trübenbacum, et in vicinis uliginosis Abstorfianis; item in uliginosis Praefecturae Matticensis inter Leukamoos et Lehen, denique in Tux.

184. glutinosa. P. foliis utrinque depilibus, serratis, glutinosis; involucro longitudine fere florum.

Primula glutinosa. *Flor. bav. n.* 452.

Aretia alpina. DE MOLL *Naturh. Brief. I.* 100. — *II.* 363.

Hirculus, Nardo celticae similis. LOBEL *hist. p.* 170.

Habitat in alpibus editioribus vallis Cillarae, Zemae; rarior in Gerloswand, et auf der wilden Kriml; in Schilherhoehe.

Obs. Radix uncialis fusiformis, praemorsa, apice fibrosa radiculis albidis (multum radici Valerianae celticae similis, quae hac adulteratur); folia radicalia oblonga, obtusa, obtuse et obiter serrata, longitudine radicis, id est, uncialia circiter. Scapus plus duplo altior, umbellam sustinet paucifloram quidem, at vix unquam unicum florem; involucrum multifolium: foliolis inaequalibus, oblongo-ovatis obtusis, aut etiam emarginatis, pedicellos calycesque, nec corollas, obtegentibus. Corollae violaceae, odoratae, uti tota planta, tubo vix calycem excedente, limbo plano, segmentis bifidis.

185. longiflora. P. foliis ovato-oblongis, crenatis, subtus pallidioribus; corollae tubo calycem bis superante.

Primula longiflora. HONKENY *germ. I. n.* 467.

Primula foliis glabris, ellipticis, rugosis, serratis, floribus umbellatis, tubo longissimo. HALLER *hist. n.* 611. certo,

adeoque etiam

Primula Halleri. HONKENY *germ. I. n.* 475.

SCOPOLIO varietas Primulae farinosae. *Carn. II. n.* 206. male.

Habitat in Waxeggerkarr vallis Cillarae.

Obs. Habitus Primulae farinosae, sed omnia multo maiora. Folia ovato-oblonga, carnosula, biuncialia, subtus pallidiora, subfarinosa; scapi pedales, umbellam sustinent ex 4–8 floribus, involucro polyphyllo: foliolis pedicellorum fere longitudine, brevissime decurrentibus; calycibus campanulatis, quinquefidis, quinqueangularibus; corollarum tubo tripla calycis longitudine purpureo; limbo violaceo, laciniis bifidis.

186. ciliata. P. foliis ovatis, grosse serratis, ciliatis; scapo paucifloro.

Primula foliis ciliatis, dentatis, scapo paucifloro. HALLER *hist. n.* 613.

Primula rubra. HONKENY *germ. I. n.* 474.

Habitat in Breitlaenerschinder regionis Zemae vallis Cillarae.

Obs. Radix lignosa; folia radicalia, minus numerosa quam in congeneribus, perfecte ovata, in petiolum decurrentia, carnosula, grosse dentata, ciliata ciliis copiosissimis globuligeris. Scapus in exemplari deflorato, quod coram habeo, foliis brevior, biflorus; involucrum nullum video: deciderit, quod tamen ipsum in hoc genere insolitum foret. Florem purpureum dicit Hallerus, et folio magnitudine aequalem.

187. Auricula. P. foliis serratis, glabris, obovatis; scapo foliis paulo longiore. *Flor. bav. n.* 350.

Habitat passim in alpibus calcareis.

Obs. Corollae flavae.

188. integrifolia. P. foliis ovatis, integerrimis, ciliatis.

Primula

Primula integrifolia. Scop. *carn. II. n.* 208.
Iacqu. *misc. I.* 160.
Primula foliis ciliatis, ellipticis, carnosis, integerrimis. Haller *hist. n.* 615.

Habitat in alpibus Abtenavienſibus, copioſiſſima in Heimhofalpe.

Obſ. Radix craſſa, obſcure fuſca, fuſiformis, recta. Folia perfecte ovata, integerrima, ſemiunciam longa, carnoſula, margine ad lentem denſe ciliata. Scapus foliis altior, pauciflorus (flores 2–4); involucri foliola oblonga; calyx ſubcampanulatus, quinquefidus, laciniis obtuſis; corollae tubus calyce longior, albus; faux inflata cum limbo purpurea: limbi laciniae bifidae.

189. minima. P. foliis cuneiformibus, apice dentatis; corollae laciniis bifidis, Y graecum referentibus.
Primula minima. *Naturhiſt. Brief. II.* 179. *n.* 73.

Habitat in alpibus vallis Cillarae paſſim; in Lungovia auf der Schilherhoehe, auf dem Windsfelde; auf dem Kalthausberge.

Obſ. Folia cauliſque flore minores.

β. D. Irafeck invenit im Tennengebirge peculiarem varietatem (Tab. noſt. f. 3), altiorem vulgari planta, foliis etiam elongatioribus, cuneatis, baſi cunei, ſeu ſupremo margine, truncata, conſtanter quinquedentata. In vulgari planta Corolla caule ac folio quovis maior eſt, multo minor in hac varietate. Corollae laciniae lineares, apice truncatae. Color corollae carneus, at in herbario in elegantem coeruleum mutatur, quod in vulgari non fit. Conquirenti mihi ſollicite, et undique curioſe inveſtiganti, num qua nota conſtanti a vulgari differat, nihil praeter dictam rationem Corollae ad Caulem occurit, qui character ne hic non ſatis tuto adſummatur, etiam atque etiam vereor. Exemplaria omnia uniflora biflorave; unicum flore altero rubro, altero candido.

Obſ. Species habentur in aliis generibus, quae magis inter ſe differunt, quam genera Aretiae, Androſaces, Primulae.

SOLDANÈLLA.

Cor. campanulata, lacero-multifida. Caps. unilocularis, multidentata.

190. alpina. S. *Flor. bav. n.* 351.
Habitat paſſim in alpibus, etiam luxurioſiſſime circa Neumarkt in montanis.

CYCLAMEN.

Cor. rotata, reflexa, tubo breviſſimo, fauce prominula. Bacca capſulae incluſa.

191. europaeum. C. florum limbo reverſo; foliis rodundato-cordatis. *Flor. bav. n.* 352.
Habitat paſſim ad radices montium; ubique ad radicem montis Unterſperg ipſe legi.

MENYANTHES.

Cor. rotata, ſuperficie interna villoſa. Stigma bifidum. Caps unilocularis.

192. trifoliata. M. floribus racemoſis, ternatis; pedunculo communi trigono; foliis ternatis. *Flor. bav. n.* 353.
Habitat ad ſtagna.

LYSIMACHIA.

Cor. rotata. Caps. globoſa, acuminata, decemvalvis.

193. vulgaris. L. racemo paniculato terminali; foliis ternis, quaternis, oppoſitisve. *Flor. bav. n.* 356.
Habitat in ſylvis, vallis Cillarae.

194. punctata. L. foliis ternatis quaternatiſque; floribus ſolitariis axillaribus. *Flor. bav. I. p.* 458.
Habitat in Küheberg prope Salisburgum. D. de Helmreich.

Obſ. Variat foliis ſolummodo oppoſitis; flores pedunculati, axillares, pro numero foliorum.

195. thyrſiflora. L. racemis brevibus, lateralibus, axillaribus, pedunculatis. *Flor. bav. n.* 357.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

196. nemorum. L. foliis ovatis, acutis; floribus solitariis, axillaribus; caule procumpente. *Flor. bav. n.* 358.

Habitat in nemoribus frondosis; nunquam mihi in acerosis occurit.

197. Nummularia. L. foliis cordato-orbiculatis; floribus solitariis; caule repente. *Flor. bav. n.* 359.

Habitat ad aquas.

ANAGALLIS.

Cor. rotata. Caps. globosa, univalvis, transversim in duo hemisphaeria dehiscens. Stam. basi in annulum membranaceum, germen cingentem, connata.

198. phoenicea. A. petalis ciliatis, subcrenatis; foliis ovatis, amplexicaulibus; caule subprocumbente. *Flor. bav. n.* 360.

Habitat in arvis.

CONVOLVULUS.

Cor. campanulata, plicata. Stigmata 2. Caps. bilocularis: loculis dispermis.

199. arvensis. C. foliis sagittatis, obtusis: angulis posticis acutis; pedunculis unifloris. *Flor. bav. n.* 362.

Habitat in agris.

200. sepium. C. foliis sagittatis: angulis posticis obtusis, subrotundatis; pedunculis quadrangulis, unifloris. *Flor. bav. n.* 363.

Habitat in sepibus, frutetis.

POLEMONIUM.

Cor. quinquepartita: basi filamentis staminum inferne latescentibus clausa. Stigma bifidum. Caps. trilocularis.

201. coeruleum. P. foliis pinnatis; floribus erectis; calycibus tubo corollae longioribus. *Flor. bav. n.* 364.

Habitat circa Moosham, ubi D. de Helmreich flore albo legit.

AZALAEA.

Cor. quinquefida, subcampanulata. Filamenta receptaculo inserta. Capsula.

202. procumbens. A. foliis ovatis, integerrimis, glabris, crassis, subtus bisulcatis; ramis diffuso-procumpentibus.
Azalea procumbens. Lin. *syst. plant. ed. Reich. I.* 429. *n.* 6.
Habitat in monte Osterhorn Praefecturae Abtenau, ubi legit D. Irasseck; Ill. Mollius invenit auf dem Gugelberge vallis Cillarae, et in Windsfeld Lungaviae.
Obs. Fruticulus procumbens; foliis fere oppositis, ovatis, circumscriptione Serpylli, sed maioribus, crassis, non tamen carnosis sed coriaceis, margine omni revoluto, nervo crasso, hinc subtus inspecta bisulcata adparent. Calix 5partitus; corolla campanulata, rubicunda. Capsula, observante Ill. Mollio, eleganter rubro flavoque variegata; semina plurima, ovata, pallide fusca; antherae nigrae fuscis filamentis insident; styli staminum longitudine, purpurei; sub inflorescentia arcte adpressa stigmati stamina, pulveremque ex antheris flavescentem effundentia vidit idem D. Baro de Moll mense Augusto.

VERBASCUM.

Cor. rotata, subinaequalis. Stam. filamenta villosa. Caps. bilocularis, polysperma.

203. Thapsus. V. foliis utrinque tomentosis, decurrentibus; caule simplici; stigmate globoso, indiviso. *Flor. bav. n.* 367.
Habitat ad vias circa Teisendorf.

204. nigrum. V. foliis oblongo-cordatis, duplicato-crenatis, petiolatis. *Flor. bav. n.* 369.
Habitat circa Mosham; D. de Helmreich. in valle Cillara; Ill. Mollius.
Obs. Flores flavi: fauce staminibusque violaceis.

HYOSCYAMUS.

Cor. infundibuliformis, inaequalis, obtusa. Stam. filamenta inclinata. Caps. operculata, bilocularis.

205. niger. H. foliis ſinuatis, amplexicaulibus; floribus ſeſſilibus. *Flor. bav. n.* 373.
Habitat in ruderatis.

ATROPA.

Cor. campanulata. Stam. divergentia. Bacca biloculari.

206. Belladonna. A. caule herbaceo; foliis ovatis, integris. *Flor. bav. n.* 374.
Habitat in Küheberg prope Salisburgum. D. de Helmreich.

PHYSALIS.

Cor. rotata. Stam. conniventia. Bacca bilocularis, calyce inflato incluſa.

207. Alkekengi. P. foliis geminatis, integris, acuminatis; caule herbaceo, baſi ſubramoſo. *Flor. bav. n.* 375.
Habitat in Abtenavia im Hinterſteingraben.
Obſ. Semper duo folia eidem quaſi loco inſident.

SOLANUM.

Cor. rotata. Antherae ſubconnatae; ſingulae apice foramine duplici. Bacca bilocularis.

208. Dulcamara. S. caule inermi, fruticoſo, volubili; foliis cordatis: ſuperioribus auriculatis; racemis cymoſis. *Flor. bav. n.* 376.
Habitat in ſepibus.

209. nigrum. S. caule inermi, herbaceo; foliis ovato-lanceolatis, angulosis; racemis nutantibus. *Flor. bav. n.* 378.
Habitat ad ſepes.

** *Corollis monopetalis ſuperis.*

CAMPANULA.

Cor. campanulata, baſi ſtaminum filamentis inferne complanatis tecta. Stigma trifidum. Caps. latere dehiſcens.

210. cenisia. C. caulibus filiformibus, unifloris, foliorum radicalium longitudine; foliis radicalibus sublinearibus, dorso pilosis, margine ciliatis.

Campanula cenisia. Lin. *spec. plant.* 1669. *n.* o — 1. Allioni *spec. I. p.* 35. *tab.* 5. *f.* 1. sed folia nimis lata.

Habitat in Schilherhoehe.

Obs. Folia radicalia pollicaris longitudinis, erecta, angusta, obtusiuscula, fere linearia, supra glabra, dorso pilosa, margine pilis albis densiuscule ciliata. Inter haec emergunt cauliculi plures, filiformes, foliis radicalibus non altiores, saepe breviſſimi, foliis caulinis seſſilibus, remotis, parvis vestiti. Calyx hirsutus, corolla minor; corolla valde magna, ratione plantae, glabra.

211. rotundifolia. C. caule hirto, apice paucifloro; foliis omnibus acutis: superioribus lanceolatis, dentatis, radicalibus cordato-orbiculatis, crenatis.

Campanula rotundifolia. Scop. *carn. II. n.* 124.

Habitat in sylvaticis umbrosis regionum subalpinarum. Ill. Mollius in Heinzerberg vallis Cillarae legit.

Obs. Huc pertinent varietates Campanulae rotundifoliae D—H in Flora bavarica (*a*) allatae.

212. cespitosa. C. caule angulato; foliis caulinis inferioribus ovatis dentatis, superioribus integris.

Campanula cespitosa. Scop. *carn. II. n.* 225.

Habitat passim in macris.

Obs. Huc pertinent varietates Campanulae rotundifoliae B et C. in Flora Bavarica (*b*) adductae.

213. linifolia. C. foliis radicalibus petiolatis, ovato-lanceolatis, crenatis; caulinis elongatis, ellipticis, tandem linearibus; caule basi ramoso, submultifloro. *Flor. bav. n.* 379. *A.* sub Camp. rotundifolia.

Habitat in valle Cillara.

214. perſicifolia. C. foliis caulinis angusto-lanceolatis, subserratis; calycis laciniis patentibus; panicula subadpressa. *Flor. bav. n.* 381.

(*a*) n. 379. (*b*) loc. cit.

Habitat circa Salisburgum in ſylveſtribus montoſis. D. de Helmreich.

215. alpina. C. caule ſimplici; foliis lanceolato-linearibus, corollaque intus villoſis; pedunculis axillaribus, unifloris, diphyllis.
Campanula *alpina*, caule ſimplici; pedunculis unifloris, axillaribus, diphyllis. IACQUIN *vindob. p.* 210.
Trachelium alpinum pumilum. *Clus. hiſt. CLXXXI.*
Habitat in Schilherhoehe Lungoviae, et in Drathberg.

Obſ. Iam Haller adnotavit (*a*), hanc ſpeciem valde ſimilem eſſe ſequenti, a qua tamen manifeſte differt foliis non aſperis, ſed hirſutie mollibus. Radix perennis, craſſa, denique bicrura, multiceps eadem; caulis erectus, viridis, annuus, $\frac{1}{4}$ pedis longus, foliis ad terram confertis, dein ſparſis veſtitus. Flores longiuſcule pedunculati, ſatis numeroſi, magni; pedunculi foliis duobus alternis inſtructi; calyces longi, quinquepartiti, laciniis linearibus: omnia (folia calycumque laciniae) longis pilis albis villoſa. Corolla magna, albeſcenti-coerulea, intus villoſa.

216. barbata. C. foliis lanceolatis, hiſpidis; corollis barbatis. *Naturh. Brief. II.* 185. *n.* 87.
Habitat in Heinzenberg et Zema vallis Cillarae; D. de Helmreich invenit in montibus ad Moſsham, et D. Irafeck im Teufelshorn vallis Bliembach, et in montibus ad Larzenbach, vulgarem ſatis ſummarum regionem plantam.

Obſ. Caulis ſimplex ſubaphyllus, certe paucifolius, multiflorus fere, floribus nutantibus. Albo flore in Grawandſchinder montium Zemae legit Ill. Mollius.

217. rapunculoides. C. foliis cordato-lanceolatis, ſerratis; caule ramoſo: floribus longe pedunculatis, ſparſim fecundis; laciniis calycis reflexis. *Flor. bav. n.* 383.
Habitat in ſepibus paſſim.

218. Trachelium. C. caule angulato; foliis petiolatis cor-

(*a*) Hiſt. n. 695.

datis, groſſe ſerratis; calycibus ciliatis; pedunculis (fere) ternatis. *Flor. bav. n.* 384.
Habitat in valle Cillara.

219. glomerata. C. caule angulato, ſimplici; floribus ſeſſilibus terminalibus, glomeratis; foliis oblongo ovatis, ſerratis, inferioribus petiolatis. *Flor. bav. n.* 385.
Habitat circa Salisburgum. Cl. de Helmreich.

220. Speculum. C. caule ramoſo, diffuſo; foliis oblongis, ſubcrenatis; floribus ſolitariis; calycibus corollas rotatas ſuperantibus. *Flor. bav. n.* 387.
Habitat in agris.

Obſ. Facillimum genus, antequam litteras noſſem, puerulus novi, ſed Nectaria uſque ad annum 1785 ſaepe ac diligenter quaeſivi, nec inveni, eo anno primum a Cel. Medico didici, partem filamentorum infimam compreſſam eo nomine inſigniri, quam toties vidi, nec pro re alia, quam, quae erat, infima ſtaminum parte unquam habui.

PHYTEUMA.

Cor. rotata. quinquepartita: laciniis linearibus. Stigma 2—3 fidum. Caps. 2—3 locularis.

221. pauciflorum. P. floribus terminalibus paucis in capitulum collectis; bracteis ovatis, capitulum obtegentibus; foliis omnibus oblongo-ovatis, in petiolum decurrentibus.
Phyteuma pauciflora. Lin. *ſyſt. plant. Reich. I. p.* 470. *n.* 1.
Rapunculus pauciflorus. Scop. *carn. II. n.* 241.
Habitat in alpibus Zemae vallis Cillarae, et in Rauriſſer Goldberg.

Obſ. Planta uncialis, unciali etiam multo minor; Scopoli biuncialem vidit. Scapus aphyllus, vidi tamen etiam folium unum alterumve. Folia radicalia ovata, apice crenata, petiolata; caulina, ſi quae adſunt, oblongo-ovata, ſubciliata. Bracteae numero indefinitae, magnae (pro ratione capituli) ovatae, ciliatae. Corollae coeruleae 4-5; Stigmata tria.

222. hemiſphaericum. P. capitulo ſubrotundo; foliis linearibus ſubintegerrimis; bracteis acute lanceolatis.

Phyteuma

Phyteuma hemiſphaerica. LIN. *ſyſt. plant. ed. Reich.* I. 470. *n.* 2.

Rapunculus montanus gramineus corniculatus. BARRELIER *icon.* 523. *I.*

Habitat in Waxeggerbergmaedern Zemae vallis Cillarae; in Lungavia auf der Schilherhoehe; in Windsfeld; auf der Tofern.

Obſ. Caulis ſemipedem Viennenſem vix multum excedit; folia radicalia caulis dimidium ſuperant, anguſtiſſima, linearia; caulina pauciſſima, radicalibus ſimillima. Folia floralia capituli acute lanceolata, ciliata. Flores in capitulo circiter 8. Hactenus omnia adcurate cum LINNAEO, et HALLERO (*a*) conveniunt; at aliam varietatem legit Ill. Mollius, quam dico

β. P. capitulo ſubrotundo; foliis radicalibus linearilanceolatis, lanceolatisve, longe petiolatis, bracteis acute lanceolatis.

Ea eſt

Phyteuma hemiſphaerica. MOENCH *Haſſ. n.* 178.

Obſ. Caulis prioris ſeu *α*; folia radicalia longiſſime petiolata, lineari-lanceolata, acuta, ciliata, in aliquibus obverſe ovato-lanceolata, in petiolum decurrentia; caulina lato-linearia, dentata: omnia ciliata; bracteae prioris ſeu *α*, ſed latiores, minus acutae. Flores in capitulo numeroſi.

Speciem haec planta propriam non conſtituit, quum ab una ad alteram nulli limites adſint plura exemplaria conferenti. Utraque tamen varietas a Phyteumate paucifloro manifeſte bracteis diſtinguitur. SCOPOLIUS varietatem poſteriorem cum Ph. paucifloro confundiſſe (*b*) videtur.

223. ſpicatum. P. ſpica oblonga; ſtigmate trifido; foliis ſerratis: inferioribus cordatis, petiolatis. *Flor. bav. n.* 389.

Habitat paſſim in ſylvaticis.

Obſ. Flores ochroleuci; ſpica ſaepe ſubgloboſa; vidi etiam olim Paſſavii longiſſimam. D. Iraſeck invenit in montibus Pinzgavienſibus varietatem parvam, paulo ultra ſemipedem longam, foliis anguſte lanceolatis, groſſe dentatis, ſpica oblonga ſature coerulea.

(*a*) Hiſt. n. 679. (*b*) Flor. carn. II. n. 241.

224. orbiculare. P. capitulis hemiſphaericis; ſtigmatibus trifidis; foliis ſerratis: inferioribus petiolatis; caule ſimplici. *Flor. bav. n.* 388.

Habitat in Tofern; inter Groſsarl et Gaſtunum; in valle Cillara; in Schilherhoehe.

Obſ. Flores ſature coerulei ſeu indici.

225. ovatum. P. foliis radicalibus cordatis, petiolatis, caulinis lanceolatis, ſeſſilibus: omnibus acute dentatis; capitulis ovatis; ſtigmate bifido.

Phyteuma ovata. HONKENY *flor. germ. I. p.* 653.

Rapunculus foliis radicalibus cordiformibus, acute inciſis, tubis longiſſimis, emarginatis, hirſutis. HALLER *hiſt. n.* 683.

Habitat in ſubalpinis gramineis Zemae.

Obſ. Folia radicalia in exemplaribus, quae coram habeo, deſunt; at inferiora caulina cordata, brevi petiolo cauli adſidentia, reliqua lanceolata: omnia groſſe ſerrata, et fere dentata; capitulum ovatum, bracteis lineari-lanceolatis. Flores ſature purpurei. Stylus quidem non longiſſimus, qualem Hallerus deſcribit, at flores adhuc omnes clauſi, in uno alterove, qui ſeſe aperire incipiebant, longitudine corollae, totus hirſutus; ſtigma bifidum, qua nota a Phyteumate orbiculari et ſpicato manifeſte differt.

Obſ. 2. Proprie rotata corolla in hoc genere dici non poteſt, cum laciniae vix horizontaliter expandantur, ſed erectae ſint, aut patulae tantum. — Phyteuma ab Linnaeo in genere feminino effertur; atque ego quidem in meo PLINIO (*a*) lego: Phyteuma *qualis* ſit, deſcribere ſupervacuum habeo, ſed adnotatur in margine, codicem veterem Chiffletianum legere: *quale;* certe meliora vocabularia graeca, ut Erneſtinum, φύτευμα, φυτεύματος, τὸ, ponunt, et pugnat pro genere neutro Analogia linguae, quae maximi ubique facienda; Plinianum *qualis*, etſi non corrigas, facile ſubintellecta voce *planta* explicabis.

LONICERA.

CAL. minimus. COR. monopetala: tubo inflexo; limbo quinquepartito: lacinia quinta profundius ſeparata. BACCA polyſperma, bilocularis.

(*a*) Hiſt. mund. 27. c. 12.

226. Xylosteum. *L.* pedunculis bifloris; baccis divisis; foliis ovatis, byssino-tomentosis, integerrimis. *Flor. bav. n.* 393.
Habitat ad Neumarkt, et in valle Cillara, et circa Salisburgum ad sepes.

227. alpigena. L. pedunculis bifloris; bacca unica, coronata duplici receptaculo florali; foliis ovatis, acuminatis, integris. *Flor. bav. n.* 394.
Habitat in Heinzenberge vallis Cillarae, et in Bundschuhalpe Rosenin.

228. coerulea. L. pedunculis bifloris; bacca unica, coronata duplici receptaculo florali; foliis ovatis, ciliatis; petiolis brevibus hirsutis.
Lonicera coerulea. Pallas *Ross. I. Tab. XXXVII.*
Habitat ad Mosham. D. de Helmreich.

Obs. Folia simpliciter ovata, acutiuscula quidem, sed non acuminata. Petioli et margo foliorum setis flavo-fuscis obsiti. Bacca nigra cum pruina coerulea, uti Baccae Myrtilli.

*** *Corolla polypetala infera.*

VIOLA.

Cal. quinquephyllus: foliis lanceolatis, basi obtusis, ultra basin adfixis. Cor. pentapetala, irregularis, calcarata.

229. palustris. V. acaulis; radice repente; foliis reniformibus; pedunculis radicatis. *Flor. bav. n.* 395.
Habitat circa Absdorf.

Obs. Differt a sequenti 1) odore nullo; 2) floribus pallide coeruleis; 3) radice, non stolone reptante; quorum postremum veram differentiam constituit, cum priora duo etiam ex humido solo obtineri queant; quemadmodum idem solum et colorem et amarorem Polygalae amarae pessumdat (*a*).

230. odorata. V. acaulis, stolonifera. *Flor. bav. n.* 396.
Habitat in umbrosis gramineis.

(*a*) Hoppe Tasch. 1790. p. 63.

231. hirta. V. acaulis, ſimplex; foliis cordatis, hiſpidulis. *Flor. bav. n.* 397.
Habitat circa Salisburgum; D. de Helmreich. etiam ad Neumarkt; item in valle Ciliara ad Wies ſupra Thann. Ill. Mollius.

233. canina. V. caule demum excrefcente, aſcendente; foliis cordatis.
Viola canina. *Flor. bav. n.* 398.
Habitat fere cum V. odorata, ſed ſerior.

234. tricolor. V. caule recto; ſtipulis pinnatifidis, foliis obovatis, crenatis. *Flor. bav. n.* 400.
Habitat in agris; in pratis ad radices alpium elegantior.

235. biflora. V. caule ſummum bifloro; foliis reniformibus, ſerratis; floribus folio minoribus. *Flor. bav. n.* 403.
Viola biflora. Krocker *Sileſ. n.* 1487.
Viola uniflora. Krocker *Sileſ. n.* 1488.
Habitat paſſim in alpibus.

IMPATIENS.

Cal. diphyllus. Cor. pentapetala, irregularis, calcarata.

236. Noli tangere. I. pedunculis ſolitariis, ramoſis; foliis ovatis; caule ad foliorum baſes incraſſato. *Flor. bav. n.* 404.
Habitat in humidis nemoroſis.

VINCA.

Cor. quinquepetala: petalorum unguibus conglumìnatis. Stigmata duo, orbicularia, uno infra alterum.

237. minor. V. caule procumbente; foliis lanceolato-ovatis; floribus pedunculatis. *Flor. bav. n.* 405.
Habitat in monte Capucinorum Salisburgi, et paſſim in ſylvis frondoſis.

Obſ. Datus character genericus V. roſeae non convenit, quae vero monopetala eſt; quanquam Vinca roſea et alias nonnihil, et praecipue defectu duplicis ſtigmatis a charactere, etiam Linnaeano, huius gene-

ris recedit. Addam propterea floris deſcriptionem, prout illum in VINCA *roſea* obſervavi:

Folia huic plantae oppoſita; flores ſeſſiles, axillares, non tamen oppoſiti, ſed ſemper altera axilla florifera, altera ſterili; flores gemini. *Calyx* breviſſimus, dentibus quinque ſubulatis, ſubreflexis. *Cor.* hypocrateriformis: tubo longiſſimo, gracili, tereti, infra limbum clavato: clava ex gibbis quinque conflata; Limbus magnus, quinquepartitus: laciniis rotundato-cuneatis, crenatis, mucrone minutulo. Faux corona villoſa circumdata, et magis infra in tuba, corona alia villoſa clauſa. *Stamina* complanata, linearia, tubo corollae adglutinata, demum barbata, deniqueque ad tubi clavam truncata, mucronem ſingula breviſſimum, liberum, lateralem, filiformem exerentia, cui anthera inſidet, lanceolata, carinata, angulis obtuſis, gibbum clavae corollinae exacte replens. *Piſtil.* Stylus tubo corollino brevior; ſtigma ſimplex, capitatum, margine annulo membranaceo, deorſum pendulo, cinctum.

EVONYMUS.

CAL. monophyllus, 4 – 5partitus. CAPS. 4 – 5gona, 4–5valvis, colorata. COR. 4–5petala.

238. vulgaris. E. foliis ovatis, ovato-lanceolatis, acuminatis; floribus pedunculatis, plerumque tetrandris; capſulis obtuſangulis; ramis iunioribus tetragonis. *Flor. bav. n.* 406.

Habitat circa Salisburgum, et in valle Cillara.

239. latifolius. E. foliis ovatis integris; ſtigmate capitato integerrimo; ramis iunioribus teretibus; cortice glabro. *Flor. bav. n.* 407.

Habitat in valle Cillara.

RHAMNUS.

CAL. monophyllus, campanulatus. COR. monopetala, campanulata, parva, calyci adnata: limbo 4–5fido: laciniis cum calycis laciniis alternantibus, liberis. STAM. corollae laciniis oppoſita. BACCA.

240. catharticus. R. ramis annotinis apice ſpinoſis; foliis ovatis, ſerratis; floribus dioicis, quadrifidis. *Flor. bav. n.* 408.

Habitat in valle Cillara.

241. Frangula. R. inermis; foliis ovatis, integerrimis; floribus hermaphroditis monogynis. *Flor. bav. n.* 409.
Habitat in ſepibus.

RIBES.

PETALA et STAMINA calyci inſerta. STYL. bifidus. BACCA polyſperma.

242. alpinum. R. inerme; racemis erectis patentibusve; pedunculis quam folia trifida multo brevioribus. *Flor. bav. n.* 413.
Habitat in Floitn et Zem vallis Cillarae.

HEDERA.

PETALA et STAMINA receptaculo inſerta. BACCA pentaſperma, calyce circumdata.

243. Helix. H. foliis ovatis integris, cordatove lanceolatis, lobatisve. *Flor. bav. n.* 417.
Habitat ad muros antiquos rupesque paſſim.

***** *Corolla nulla.*

THESIUM.

CAL. monophyllus, tubuloſus, ſuperus. STAM. calyci inſerta. SEM. 1, calyce circumdatum, eiusque laciniis coronatum.

244. alpinum. T. foliis linearibus; racemo ex pedunculis ſimplicibus, unifloris, brevibus. *Flor. bav. n.* 418.
Habitat in Rothahornkarr vallis Cillarae. D. Traſeck legit etiam im Tannengebirge Abtenaviae.

ORDO I.

Stylis duobus.

* *Floribus ſparſis,*

SWERTIA.

COR. rotata: laciniis baſi bifoveolatis: foveola ciliata. STAM. corollae inſerta. STYL. o. CAL. quinquepartitus. CAPS. unilocularis, bivalvis, polyſperma.

245. carinthiaca. S. corollis quinquepartitis; caulibus unifloris; foliis ovato-lanceolatis obtusiusculis.

Swertia carinthiaca. DE WULFEN *misc. Iacqu. II.* 54. *Tab. 6.*

Habitat in alpibus Karrthal et Frosnitz, ubi legit Cel. HAENCKE (*a*).

Obs. Deest subinde $\frac{1}{5}$ in omnibus partibus fructificationis (*b*).

GENTIANA.

COR. et CAL. 4-5 (-6-7) fidi. STAM. 4-5-6-7, corollae inserta. STIGMATA simplicia. CAPS. unilocularis, bivalvis, polysperma: seminum receptaculis cum loculo parallelis.

246. lutea. G. floribus quinquefidis rotatis, verticillatis; calycibus spathaceis. *Flor. bav. n.* 423.

Habitat frequens in alpibus vallis Cillarae, in monte Tofern, et montibus Abtenavienſibus, copiosissime vero in Kapauns vallis Cillarae.

247. purpurea. G. floribus quinquefidis, campanulatis, verticillatis; calycibus truncatis. *Flor. bav. n.* 424.

Habitat in alpibus vallis Bliembach, et in montibus Abtenavienſibus, unde D. Irasseck attulit.

248. asclepiadea. G. floribus quinquefidis campanulatis, sessilibus, oppositis; foliis ovato-lanceolatis, acute acuminatis, oppositis. *Flor. bav. n.* 426.

Habitat copiosissime in montosis vallis Cillarae, et in Hochfilzen Pinzgoviae; item in Grosarl. Ex Tennengebirge D. Irasseck attulit.

249. acaulis. G. corolla quinquefida, campanulata, simplicem caulem longitudine superante. *Flor. bav. n.* 428.

Habitat copiosa in valle Cillara, in Rauriser Goldberg, et passim in praefectura Mosham.

Obs. Flos unicus, sed maximus pro ratione caulis, etsi non semper caule longior, ut tamen exceptio rara sit.

(*a*) Iacqu. coll. II. n. 67. (*b*) de Wulfen loc. cit.

250. pumila. G. corolla quinquefida infundibuliformi; caulibus unifloris; foliis lanceolatis, radicalibus caulinisque aequalibus.

Gentiana pumila. Iacq. *vindob. p.* 41. *et obſ.* 18.

Habitat in alpibus vallis Cillarae, et Rauriſer Goldberg.

Obſ. Radix filiformis, annua, ut videtur; folia radicalia patentia, in roſulam raram aggregata; caulículus circiter biuncialis, duobus paribus foliorum oppoſitorum ſimilium radicalibus et aequalium veſtitur. Folia omnia lanceolata, acutiuscula, lineas circiter tres longa; par tertium ipſi flori ſubiicitur. Corollae tubus calyce duplo longior, albidus, limbus indicus: laciniis dentatis.

251. proſtrata. G. corolla infundibuliformi, quinquefida, caulibus unifloris proſtratis; foliis obtuſis, ſubimbricatis, uniformibus.

Gentiana proſtrata. Haencke *Iacq. coll. II. 66.*

Habitat in alpibus Karrthal et Froſnitz. D. Haencke.

Obſ. Cum G. verna omnino confundi nequit, quae folia rara gerit, et praeterea radicalia caulinis multo maiora habet. A Gentiana bavarica differt caulibus proſtratis, foliis multo confertioribus, iisque radicalia magnitudine vix excedentibus. A Gentiana pumila foliis caulinis imbricatis, nec remotis, corollae laciniis integerrimis.

252. verna. G. corolla infundibuliformi, quinquefida; foliis radicalibus incumbentibus, aggregatis, caulina magnitudine multum ſuperantibus.

Gentiana verna. *Naturh. Brief. II. p.* 192.

Habitat frequens in paſcuis humidis.

Obſ. Differentiam a G. bavarica alias (*a*) explicui; a G. pumila, cui ſimillima, differt inſigni differentia magnitudinis foliorum radicalium a magnitudine caulinorum; loco praeterea, quum illa ſummas alpes, G. verna planitiem amet.

253. bavarica. G. corolla infundibuliformi, quinquefida; foliis radicalibus imbricatis, erectis, quam caulina minoribus: omnibus ovatis obtuſis.

Gentiana bavarica. *Flor. bav. n.* 430.

(*a*) loc. cit.

Habitat

Habitat in alpibus vallis Cillarae; in Gerlosſtein; auf dem Windsfelde; auf dem Rauriſer Goldberge; circa Seekirchen ad Roith; circa Neumarkt. D. Bar. de Moll, denique in Tennengebirge, et monte Oſterhorn. D. Iraſeck.

Obſ. Differt a G. pumila 1) figura foliorum nullo modo acutorum, ſed apice rotundatorum; 2) pluribus foliorum paribus in caule; 3) ſitu foliorum radicalium erecto, cum G. pumilae folia radicalia terrae incumbant.

254. Centaurium. G. corollis quinquefidis, infundibuliformibus; caule ramisque dichotomis.

Gentiana Centaurium. *Flor. bav. n.* 432.

Lin. *ſpec. plant.* 332. *n.* 17.

Habitat paſſim in montanis ſiccis, et locis uliginoſis.

Obſ. Planta polymorpha, cuius varietates Celeb. Roth diligenter collegit (*a*).

255. nivalis. G. corollis quinquefidis, infundibuliformibus; caule ramoſo: ramis uniflоris; foliis ovatis, ſuperioribus inferiora magnitudine ſuperantibus.

Gentiana nivalis. Lin. *ſyſt. plant. edit. Reich. I. p.* 641. *n.* 15.

Gentiana nivalis. de Wulfen *coll. Iacqu. II. p.* 8.

Gentiana caule ramoſo; foliis ovato-lanceolatis; floribus infundibuliformibus. Haller. *hiſt. n.* 647.

et

Gentiana omnium minima. Haller. *hiſt. tab.* 17.

Habitat in Hinteralpen Lungoviae, in paſcuis inter caſas alpinas.

Obſ. Primo intuitu ſimillima plantula G. Amarellae, qualis ſaepe in alpibus occurrit, ramoſa quidem at parva et macra: ſed facile errorem depoſueris, quum faux villoſa non ſit. Radix albida, exigua, annua, multiceps. Cauliculi duarum triumve unciarum, angulоſuli ex ſulcis minutis, nigricanti-purpurei; folia ovata, ſuperiora ovato-lanceolata, ſeſſilia: ſuperiora inferioribus ſenſim longiora, ſed paulo minus lata. Rami in quibusdam cauliculis nulli, in aliis pauci, alterni oppoſitive, nulla lege: omnes uniflori. Calyx dimidium

(*a*) Flor. germ. II. par. prior. p. 288.

corollae paulo ſuperat, quinquangularis, quinquedentatus: dentibus anguſto-lanceolatis, dimidiam calycis longitudinem efficientibus. Corolla infundibuliformis, tubo albido, calycem ſuperante; limbo quinquefido, erectiuſculo; laciniis ovatis acutis, utrinque ſature coeruleis, non ſine quodam virore (ſeniores extus magis virescunt); auriculae inter binas quasque lacinias (Gentianis conſuetae) albae. Stamina longitudine tubi, alba; antheris ovatis, flavis. Germen ovatum; ſtylus perſiſtens, longitudine vix ſtaminum, ſed, ut germini impoſitus eſt, eadem ſuperans; ſtigma hemiſphaericum, minutiſſimis pilis cylindricis obſitum, integerrimum. Capſula bivalvis.

Ego GG. Centaurium et nivalem ad ordinem monogynum referre mallem, Chironiaeque genus arrideret, ſi purum eſſet.

256. Amarella. G. corollis 4 – 5fidis, hypocrateriformibus: fauce barbata. *Flor. bav. n.* 433.

Habitat paſſim; in planitie pingui luxuriat floribus, caule, foliis: marceſcit in macris; alpes etiam aſcendit: ego illam in Berchtesgaden et Bavaricis itineribus ad ſummos montes comitem habui; Ill. Mollius illam in Sonnenwendjoch Tyroleos legit.

257. ciliata. G. corollis quadrifidis: laciniis margine, filamentorumque parte corollae adnata ciliatis.

Gentiana ciliata. *Flor. bav. n.* 434.

Habitat in Hochfilzen Pinzgoviae.

Obſ. Flores tetrandri digyni. Filamenta ſtaminum, qua parte cum corolla cohaerent, ciliata, et glandulas in baſi corollae primus conſpexit Froelichius: poſtremas in ſiccis exemplaribus non conſpicio. Idem Gentianam ciliatae noſtrae ſimillimam ex Penſylvania habet, glandulis corollae baſeos ciliisque filamentorum carentem, atque vel ideo ſpecie diverſam.

258. cruciata. G. floribus quadrifidis, imberbibus, ſeſſilibus, verticillatis. *Flor. bav. n.* 435.

Habitat in monte Capucinorum Salisburgi. D. de Helmreich in Hochfilzen Pinzgoviae; D. Dar. de Moll.

Obſ. Genus hoc, ſi quod aliud, naturale certe; ſed pro methodo artificiali maxime impurum, praeſertim

si Swertia accedat, quae, ut res nunc sunt, non minus huc pertinet, quam plurimae aliae, quum sola corolla rotata differat a genere, in quo corollae campanulatae, infundibuliformes, hypocrateriformes iuxta consistunt.

HERNIARIA.

CAL. quinquepartitus. COR. o. STAM. 10: 5 castratis (vel 8: 4 castratis); CAPS. polysperma.

259. glabra. H. herbacea, procumbens, laevis. *Flor. bav. n.* 436.
Habitat ad Fischhorn Pinzgoviae.

CHENOPODIUM.

CAL. quinquephyllus, quinquegonus. COR. o. SEM. 1, superum, compresso-sphaericum.

260. Bonus Henricus. Ch. foliis triangulari-sagittatis, integerrimis; spicis compositis, elongatis, aphyllis. *Flor. bav. n.* 437.
Habitat in ruderatis pinguibus.

261. album. Ch. foliis rhombeo-triangularibus, erosis, basi integris, subtus farinosis: supremis oblongis; racemis erectis. *Flor. bav. n.* 440.
Habitat in agris.

262. viride. Ch. foliis rhombeis, dentato-sinuatis: ramcis lanceolatis, subintegris; racemis compositis, subaphyllis. *Flor. bav. n.* 441.
Habitat passim.

263. polyspermum. Ch. foliis oblongo-ovatis, integerrimis, caule infra procumbente; floribus paniculatis, axillaribus. *Flor. bav. n.* 446.
Habitat in cultis.

HUMULUS.

FLORES dioici.

♂. CAL. monophyllus. COR. o.

♀. FRUCT. Strobilus.

264. Lupulus. H. *Flor. bav. n.* 449.
Habitat in ſepibus.

ULMUS.

Cal. quinquefidus. Bacca membranacea, exſucca, compreſſa.

265. campeſtris. U. foliis ovatis, ſerratis, breviter petiolatis, baſi utraque inaequalibus. *Flor. bav. n.* 450.
Habitat ad Neumarkt.

** *Umbellatae.*

A. *Involucris involucellisque.*

SANICULA.

Umbella capitata. Fruct. hiſpidus. Flor. intermedii ſteriles.

266. europaea. S. foliis radicalibus orbiculatis, quinquepartitis: laciniis trifidis, ferratis; floſculis omnibus ſeſſilibus. *Flor. bav. n.* 452.
Habitat ad Neumarkt im Poſchinger Hölzel.

ASTRANTIA.

Involucel. lanceolata, patentia, aequalia, radiis longiora, colorata. Flores paſſim ſteriles.

267. maior. A. foliis 5 – 7partitis: laciniis ſubtrifidis, biſerratis. *Flor bav. n.* 453.
Habitat in monte Capucinorum Salisburgi; et ad Neumarkt.

TORDYLIUM.

Flores extimi radiati. Sem. ſuborbicularia, margine crenato. Involucr. lanceolata, longa, indiviſa.

268. Anthriſcus. T: foliis lanceolatis, elongatis, pinnato-partitis: foliolis pinnato-inciſis; umbellis multiradiatis. *Flor. bav. n.* 456.
Habitat Salisburgi et in valle Cillara. In Larzenbach D. Iraſeck legit.

DAUCUS.

Flor. extimi ſubradiati. Involucra pinnatifida.

269. Carota. D. ſeminibus hiſpidis; petiolis ſubtus nervoſis. *Flor. bav. n.* 460.
Habitat in pratis; ad vias.

ATHAMANTA.

Fruct. oblongo-ovatus, compreſſus, dorſo ſtriatus. Involucr. reflexum, Petala cordata, aequalia.

270. pubeſcens. A. caule angulato: geniculis piloſis; umbellulis involucella ſuperantibus; fructu villoſo; foliis duplicato-pinnatis: foliolis pinnatifidis. *Flor. bav. n.* 266.
Athamanta pubeſcens, Retzius *ſpicil. III. n.* 42.
Habitat im Tennengebirge. D. Iraſeck.

271. Cervaria. A. ſeminibus nudis; foliis duplicato pinnatis: foliolis rachi perpendicularibus; foliolis ſecundi ordinis cuneatis, inciſis: laciniis apice acute mucronatis. *Flor. bav. n.* 467.
Habitat in agro Salisburgenſi. D. de Helmreich.

PEUCEDANUM.

Fruct. ovatus, utrinque alatus. Involucr. breviſſima. Flosc. intermedii ſteriles.

272. Silaus. P. foliis triplicato pinnatis: foliolis tribus extimis confluentibus: omnibus oppoſitis, oblongo-lanceolatis, integerrimis, mucronatis.
Peucedanum Silaus. *Flor. bav. n.* 471.
Habitat Salisburgi in monte Capucinorum, ubi ipſemet copioſum vidi.

Obſ. Folia radicalia circumſcriptione ampla expanduntur, tripinnata ſunt, foliolis laxiuſcule adſidentibus; pinnae primi ordinis fere coniugatae ſuperiori paginae nervi folii communis adſident, eodem fere modo pinnae ſecundi ordinis; pinnas tertii ordinis denique foliola conſtituunt, oblongo-lanceolata, tria vel quinque, ita ut ſemper extima tria baſi leviſſime confluant, ut fere ternata evadant; haec foliola oblongo-lanceolata ſunt, glaberrima, apice acute mucronata.

LASERPITIUM.

Flosc. intermedii ſteriles. Petala inflexo emarginata, patentia. Fructus oblongus: alis 8 membranaceis. Involucr. breviſſima.

273. latifolium. L. foliolis magnis, obcordatis, obtuſe ſerratis: ſerraturis apice mucronatis. *Flor. bav. n.* 473. *Habitat* in alpeſtribus.

274. ſimplex. L. ſcapo aphyllo ſimplici; foliis radicalibus bipinnatis: pinnis multifidis; umbella ſubgloboſa; foliolis involucri trifidis. de Wulfen *miſc. Iacqu. II.* 40. *Tab.* 2.
Habitat in alpibus Karrthal et Frosnitz. (*a*)

HERACLEUM

Flor. extimi radiati. Fruct. ellipticus, compreſſus, emarginatus, dorſo ſtriatus, marginatus. Involucr. deciduo. (?).

275. Sphondylium. H. foliolis pinnatifidis; floribus omnibus aequalibus. *Flor. bav. n.* 475.
Habitat paſſim in pratis.

276. auſtriacum. H. foliis pinnatis: pinnis radicalium quinis, ovatis, ſerratis, leviter inciſis: extima ex tribus compoſita; floribus radiatis.
Heracleum auſtriacum. Lin. *ſpec. plant.* 359. *n.* 4.
Sphondylium alpinum parvum. C. B. *prodr. p.* 83. *n.* 2.
Habitat in Drathberg.

Obſ. Plantam bene deſcripſit loco laudato Bauhinus. Duplicis generis radicalia folia ego video; utraque lata longiuſculaque vagina baſin caulis amplectuntur, quae in longum debilemque, ut videtur, petiolum deſinit, ſuſtinentem foliola ſeſſilia, pinnatim poſita. Folia radicalia exteriora componuntur ex foliolis quinque, ovatis, crenatis magis quam ſerratis, leviter trilobis: lobo intermedio maiore; foliolum extimum ſeu quintum ex tribus eiusmodi foliolis componitur. Folia radicalia interiora componuntur pariter ex foliolis quin-

(*a*) Haencke coll. Iacqu. II. 67.

que, sed lanceolatis, trifidis, extimo pariter ex tribus coadunato; Caulina radicalibus internis similia. Folia omnia subtus pallidula, utrinque pilis subhispida, ad foliorum basin manifeste hispida. Caulis simplex, fere spithamarum duarum altitudine, praeter umbellam terminalem, unam alteramve ex axillis profert. Involucrum utrumque adest, ut videtur, persistens. Radii hispidi. Flores manifeste radiati, albi. Germina ego pilosa video.

ANGELICA.

Fruct. subrotundus, angulatus, solidus, utrinque trisulcatus. Flosc. aequales. Petala inflexa.

277. sylvestris. A. foliolis omnibus aequalibus, ovato-lanceolatis, serratis, basi rite terminatis. *Flor. bav. n.* 479.
Habitat ad aquas.

B. *Involucro nullo. Involucellis.*

PHELLANDRIUM.

Flosc. intermedii minores. Fruct. glaber, ovatus, calyce coronatus.

278. Mutellina. Ph. caule fere aphyllo, subsimplici; foliis duplicato-pinnatis, incisis: laciniis acutissime laciniatis; umbella rubente. *Flor. bav. n.* 486,
Habitat in alpibus passim, nominatim in Schilherhoehe, Drathberg, Tennengebirge, Rauriffer Goldbera, in der wilden Kriml.
Conf. Naturh. Briefe. I. p. 100. — *II. p.* 32, 109, *et* 353.

AETHUSA.

Involucell. extus posita, dimidiata, triphylla. Fruct. striatus.

279. Cynapium. Ae. foliis triplicato-pinnatis, incisis; umbellis axillaribus. *Flor. bav. n.* 488.
Habitat in hortis, inter olera.

SCANDIX.

Flor. radiati; petalis emarginatis. Fructus oblongus.

280. odorata. S. feminibus glabris, ſtriatis; foliolis lanceolatis; pinnatis: ſupremis pinnatifidis; foliolis ultimis lanceolatis, inciſis; vaginis foliorum villoſis; involucellis ciliatis. *Flor. bav. n.* 489.
Habitat, Ill. Rhelingio teſte, in Unterſperg; ex alpibus aliis Ill. de Moll femina accepit.

CHAEROPHYLLUM.

FRUCT. oblongus, glaber. PETALA inflexo-cordata, mucronata. INVOLUCELL. deflexa, concava.

281. ſylveſtre. Ch. foliis duplicato-pinnatis: foliolis poſtremis pinnatifidis: nervo medio hirſuto; caule ſtriato, ad internodia tumidiuſculo. *Flor. bav. n.* 491.
Habitat paſſim in pratis.

282. hirſutum. Ch. caule aequabili, cum petiolis, foliis, petalis piloſo; foliis triplicato-pinnatis, inciſis, acutis. *Flor. bav. n.* 494.
Habitat in nemoroſis alpinis; circa Schwemm, in Waxeggerbergmaedern, Zemae, vallis Cillarae.

C. *Involucro involucellisque nullis.*

PASTINACA.

FRUCT. ellipticus, plano compreſſus. PETALA involuta, integra.

283. ſativa. P. foliis pinnatis: foliolis ovatis: impari trilobo. *Flor. bav. n.* 497.
Habitat in pratis.
Obſ. Flores flavi, ut in toto genere.

IMPERATORIA.

FRUCT. ſubrotundus, compreſſus, medio gibbus, marginatus. PETALA inflexo-emarginata. INVOLUCELL. ſaepe foliolo unico, alterove.

284. Oſtruthium. I. *Flor. bav. n.* 495.
Habitat, teſte Ill. Mollio, frequens in alpibus vallis Cillarae. Ego illam in montibus calcareis Berchtesgadienſibus Bavaricisque rariorem inveni; an ergo ſolum quarzoſum ſchiſtoſumque Calcareo praefert?

CARUM.

Fruct. oblongo-ovatus, ſtriatus. Petala inflexo-emarginata, dorſo carinata.

285. Carvi. C. *Flor. bav. n.* 498.
Habitat in agris.

PIMPINELLA.

Sem. ovata, ſtriata. Petala emarginata. Stigmata ſubgloboſa.

286. Saxifraga. P. foliis pinnatis: pinnis radicalium ovatis, caulinorum lanceolatis: omnibus inciſis. *Flor. bav. n.* 499.
Habitat paſſim.

287. magna. P. caule angulato; foliolis ovatis, angulato-inciſis: impari trilobato. *Flor. bav. n.* 500.
Habitat paſſim in alpibus; frequens flore rubro.

288. diſſecta. P. foliis duplicato-pinnatis; foliolis ſecundariis profunde inciſis: laciniis lanceolato-linearibus; caule angulato. *Baier. Reiſ. p.* 80.
Habitat Salisburgi in monte Capucinorum. D. de Helmreich.

Obſ. Antiquiores Botanici primam ſpeciem Bipinnellam dixere vocantes, propterea, quod petiolus utrinque pinnulas (foliola) affixas habeat, unde et Poterio Sanguiſorbae, et Sanguiſorbae officinali idem nomen adhaeſit; eam vocem tempus corrupit, Pimpinellamque introduxit.

AEGOPODIUM.

Fruct. ovato-oblongus, ſtriatus. Petala oblonga.

289. Podagraria. Ae. foliis caulinis, ſupremis ternatis. *Flor. bav. n.* 502.
Habitat in ſepibus.

ORDO III.

Stylis tribus.

VIBURNUM.

CAL. ſuperus, quinquepartitus. COR. quinquefida. BACCA monoſperma.

290. Lantana. V. foliis ovatis, venoſis, ſubtus tomentoſis: baſi hinc altius petiolo adſidente. *Flor. bav. n.* 503.

Habitat in ſepibus circa Salisburgum.

291. Opulus. V. foliis lobatis: lobis angulato-dentatis; petiolis glanduloſis. *Flor. bav. n.* 504.

Habitat circa Salisburgum; D. de Helmreich. Etiam in valle Cillara.

SAMBUCUS.

CAL. inferus, quinquepartitus. COR. quinquefida. BACCA triſperma.

292. Ebulus. S. caule herbaceo; panicula florali tripartita. *Flor. bav. n.* 505.

Habitat in valle Cillara, Flachavia, et ad Neumarckt. Ad Teiſendorf ipſi vidimus.

293. nigra. S. caule arboreo; florum cyma quinquefida. *Flor. bav. n.* 506.

Habitat paſſim.

294. racemoſa. S. caule arboreo; racemis compoſitis. *Flor. bav. n.* 507.

Habitat in Lungovia copioſe; im Rathhausberge Gaſtuni; frequentiſſima et luxurians in Groſsarl.

STAPHYLEA.

CAL. quinquepartitus. COR. quinquepetala. CAPS. 2, inflatae, connatae. SEM. 2, conica, faveola exciſa.

295. pinnata. S. foliis pinnatis. *Flor. bav. n.* 508.

Habitat in Unterſperg.

ALSINE.

CAL. quinquephyllus. COR. quinquepetala, regularis. CAPS. monoſperma, trivalvis.

296. media. A. petalis bipinnatis; foliis cordato-ovatis. *Flor. bav. n.* 509.
Habitat in cultis.

Obſ. Vitio vertit nonnemo Linnaeo, quod hanc plantam, decandra quum ſit, ad claſſem pentandram retulerit. Ego plurima individua examinavi; numerum ſtaminum variantem quidem inter 3 et 6, ſed nunquam ſenarium exceſſiſſe vidi; tubercula vero, ſtaminum ſuſtentacula, in quibus alſineformium plantarum character inter alia conſiſtit, conſtanter quinque ſunt, hinc ſtamen ſextum, ſi aderat, inter duo tubercula emerſit; quae res indicio eſt, fieri poſſe, ut decem ſtamina adſint, quod tamen raro contingat, neceſſe eſt.

AMARANTHUS.

FLORES ſexu diſtincti.

♂. CAL. tri- quinquephyllus. COR. 0. STAM. 3 – 5.

♀. CAL. tri – quinquephyllus. CAPS. unilocularis, transverſim dehiſcens. SEM. 1.

297. viridis. A. caule diffuſo, ſubdecumbente; foliis obtuſis, apice emarginatis; ſpiculis lateralibus ex glomerulis coacervatis. *Flor. bav. n.* 510.
Habitat in valle Cillara.

ORDO IV.

Stylis quatuor.

PARNASSIA.

CAL. quinquepartitus. COR. quinquepetala. GLANDULAE quinque germini circumnatae, glandulis minoribus pedunculatis ſphaericis ciliatae.

298. paluſtris. P. *Flor. bav. n.* 513.
Habitat paſſim in humidis.

ORDO V.

Stylis quinque.

STATICE.

CAL. proprius monophyllus, membranaceus, quinquedentatus. COR. quinquepetala, obtusa, integra. SEM. 1, oblongum, calyce tectum.

299. Armeria. S. scapo simplici; floribus conglobatis, terminalibus. *Flor. bav. n.* 514.

Habitat in Windsfeld Lungaviae, in Rauriser Goldberg, in Taurero Rastadiensi.

Obs. Lungavienſibus dicuntur plantae *die Windsfeldner Rosen*, a loco natali.

LINUM.

CAL. quinquephyllus. COR. quinquepetala. CAPS. quinquevalvis, decemlocularis. SEM. solitaria.

300. viscosum. L. foliis lanceolatis, nervosis, glandulosо-ciliatis, pilosis. *Flor. bav. n.* 1033.

Habitat in Bliembach. D. Irasseck.

301. catharticum. L. foliis oppositis, ovato-lanceolatis; caule dichotomo; corollis acutis. *Flor. bav. n.* 1034.

Habitat in valle Cillara. D. Irasseck legit in Tennengebirge.

Obs. In Lini genere connexionem omnium filamentorum in annulum communem, cingentem basin germinis, quam anno primum 1783. detexi occasione Lini viscosi, iam multo ante CYRILLUS (*a*) observavit. Quum Floram Bavaricam scriberem, genus hoc propterea ad classem monadelpham amandavi; sed re adcuratius perpensa, in classe pentandra relinquendum censeo propterea, quod omnes, quae a Linnaeo inter monadelphas recensitae sunt plantae, filamenta non quomodocunque, sed ita connexa habeant, ut illis germen tanquam vagina contegatur, quo fit, ut haec classis adcuratos limites habeat, quum contra, si qualemcunque eorum inter se connexionem attendas,

(*a*) Com. XXVII.

plantae ad eam classem pertinebunt, in quibus ea connexio tam obscura est, ut eam nemo advertat, nisi monitus, aut anatomicis plantarum disquisitionibus intentus; micrologia autem meo iudicio in omni methodo sollicite caveri debeat, quia methodum difficiliorem reddit.

DROSERA.

CAL. quinquefidus. COR. quinquepetala. CAPS. unilocularis, apice quinquefariam dehiscens, polysperma.

302. longifolia. D. scapis radicatis; foliis oblongis. *Flor. bav. n.* 516.
Habitat circa Mosham; D. de Helmreich. Circa Neumarkt auf dem Wengermoose. D. Bar. de Moll.

CLASSIS HEXANDRA.

Staminibus sex liberis. Petalis quatuor pluribus paucioribusve, nunquam cruciatis.

ORDO I.

Stylo unico.

ALLIUM.

SPATHA una, duaeve. COR. infera, sexpetala: petalis lanceolatis. CAPS. triquetra, trilocularis.

303. Victorialis. A. bulbo oblongo, reticulo ex radicibus fibrosis tecto; caule planifolio: foliis ellypticis; umbella globosa; staminum filamentis simplicibus, corolla longioribus. *Flor. bav. n.* 520.
Habitat in Cillarae alpibus, in Tux, in Abtenavia.

304. ursinum. A. scapo subtereti; foliis lanceolatis, petiolatis; umbella fastigiata. *Flor. bav. n.* 526.
Habitat circa Mosham. D. de Helmreich.

305. senescens. A. filamentis simplicibus; umbella non bulbifera; scapo subnudo, ancipiti; foliis linearibus

femiteretibus; bulbo oblongo, ex bulbillis compoſito, aetate transverſo. *Flor. bav. n.* 524.
Habitat im Tennengebirge in der Schnitlauchhoehe.

306. Schoenopraſum. A. ſcapo nudo, longitudine foliorum; foliis teretibus acutis; ſtaminum filamentis ſimplicibus; bulbo compoſito. *Flor. bav. n.* 527.
ß. A. foliis cylindricis acutis.
Allium montanum. *Naturh. Brief. II. p.* 202. *n.* 137.
Habitat in valle Cillara, in Waxeggerbergmaedern Zemae copioſum.

LILIUM.

Cal. o. Cor. ſexpetala, ſucculenta, rigida. Caps. ſexſulcata, trilocularis, trivalvis: valvis ſutura reticulata iunctis. Sem. diſtichis.

307. Martagon. L. foliis verticillatis; floribus pendulis; petalis revolutis. *Flor. bav. n.* 528.
Habitat in Waxeggerbergmaedern Zemae.

308. bulbiferum. L. foliis ſparſis; corollis campanulatis erectis: intus ſcabris; foliorum axillis bulbiferis.
Lilium bulbiferum. Lin. *ſpec. plant.* 483. *n.* 2.
Lilium bulbiferum minus. C. B. P. *p.* 77.
Habitat in monte Capucinorum. D. de Helmreich.
Obſ. Bulbos axillarum foliacearum in hortenſibus ſpeciminibus fruſtra quaeſiveris; in humilibus plantis Salisburgenſibus axilla nulla ſine bulbillo.

ORNITHOGALUM.

Cal. o. Petala 6, perſiſtentia, ultra medium patentia, tactu decoloranda.

309. luteum. O. caule angulato, bifolio; pedunculis umbellatis, ſimplicibus. *Flor. bav. n.* 532.
Habitat in valle Cillara.

310. umbellatum. O. floribus faſciculatis; pedunculis ſcapo longioribus; ſtaminum filamentis apice emarginatis. *Flor. bav. n.* 534.
Habitat in hortis ſed fera, ambulacra arena conſtrata amans.

Obſ. Poros tres, reipſa melliferos, ad baſin germinis obſervavit Cyrillus (*a*).

SCILLA.

Cal. o. Petala 6, patentia, decidua, colorem retinentia. Stigma ſimplex.

311. bifolia. S. ſcapo bifolio, paucifloro; foliis obtuſis. *Flor. bav. n.* 535.
Habitat circa Neumarkt, etiam flore albo.

ANTHERICUM.

Cal. o. Cor. ſexpartita. Stam. filamenta baſi complanata germen tegentia.

312. ſerotinum. A. ſcapo unifloro; foliis planiuſculis, ſubulato-linearibus.
Anthericum ſerotinum. Lin. *ſyſt. plant. Reich. II. p.* 61. *n.* 1.
Habitat im Tennengebirge; ex Taurero Raſtadienſi vidit Linnaeus in herbario Burſeriano.

313. ramoſum. A. foliis planis; ſcapo ramoſo; corollis planis; piſtillo recto. *Flor. bav. n.* 536.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

CONVALLARIA.

Cal. o. Cor. campanulata, ſexfida. Bacca maculata. trilocularis, triſperma.

314. maialis. C. ſcapo aphyllo, triquetro, inter folia radicalia duo ovata. *Flor. bav. n.* 540.
Habitat in valle Cillara.

315. verticillata. C. foliis verticillatis; floribus ſubfoliaceis, pendulis. *Flor. bav. n.* 541.
Habitat in valle Cillara.

136. Polygonatum. C. foliis alternis, amplexicaulibus; caule ancipiti; pedunculis axillaribus, ſubunifloris. *Flor. bav. n.* 542.
Habitat Salisburgi in monte Capucinorum; legi adhuc ſero autumno.

(*a*) Comm. XXVIII.

317. latifolia. C. caule angulato; foliis alternis, ovatis, acuminatis; pedunculis axillaribus, paucifloris. *Flor. bav. n.* 543.
Habitat in valle Cillara.

318. bifolia. C. tetrandra; corolla quadrifida; foliis cordatis, curte petiolatis, caulinis. *Flor. bav. n.* 545.
Habitat in valle Cillara.
Obſ. Celeb. Roth ſpeciem hanc ad claſſem tetrandram, nec male, refert, Maianthemumque vocat, me comitem habiturus, niſi primitias ſcriberem.

IUNCUS.

CAL. ſexphyllus. COR. o. CAPS. unilocularis.

319. conglomeratus. I. culmo aphyllo, erecto; capitulo florali laterali. *Flor. bav. n.* 552.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

320. effuſus. I. culmo aphyllo; paniculo coarctata laterali. *Flor. bav. n.* 553.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

321. trifidus. I. culmo paucifolio: foliis ſubulatis; floribus 2–3 ex eadem axilla terminali. *Flor. bav. n.* 565.
Habitat in Tofern monte. D. Iraſeck legit im Tennengebirge.
β. I. culmo unifloro.
Iuncus monanthos. *Naturh. Brief. II.* 208. *n.* 146.
Habitat in Tofern monte in Groſsarl.

322. piloſus. I. foliis planis, piloſis; florum faſciculo ramoſo, folium florale ſuperante. *Flor. bav. n.* 566.
Habitat paſſim in ſylvis.

A. I. panicula ſecunda, ſubnutante; pedunculis floſculos magnitudine multum ſuperantibus; foliis latis. *I. faſcicularis.*

B. I. panicula ſparſa, contractiuſcula; floſculis ſeſſilibus pedunculatisque: pedicellis floſculorum fere longitudine; foliis latiuſculis. *I. cymoſus.*

C. I. floſculis nullis in paniculae ramificationibus ſeſſilibus; foliis fere glabris. *I. glabreſcens.*

323.

323. niveus. I. foliis planis, subpilosis; floralibus paniculа longioribus; foliolis calycis acutis (aequalibus). *Flor. bav. n.* 567.
Iuncus anguſtifolius. DE WULFEN *coll. Iacq. III.* 56.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

324. campeſtris. I. foliis planis, piloſis; ſpiculis pluribus, terminalibus, ſeſſilibus, pedunculatisque. *Flor. bav. n.* 568.
Habitat paſſim.
Obſ. Cillarenſibus Marbel dicitur.

ORDO II.

Stylis tribus.

RUMEX.

CAL. triphyllus. COR. tripetala. SEM. 1, nudum, triquetrum; corolla clauſa tectum.

325. criſpus. R. floribus hermaphroditis; foliis petiolatis, lanceolatis, criſpis; petiolis utrinque ſulcatis. *Flor. bav. n.* 570.
Habitat ad foſſas.

326. obtuſifolius. R. floribus hermaphroditis; foliis cordato-lanceolatis, integerrimis, obtuſis; verticillis terminalibus, ſubcontiguis. *Flor. bav. n.* 574.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

327. ſcutatus. R. floribus dioicis; foliis cordato-haſtatis. *Flor. bav. n.* 576.
Habitat in Grawand Zemae vallis Cillarae. Im Tennengebirge legit D. Iraſeck.

328. digynus. R. floribus hermaphroditis digynis; foliis reniformi orbiculatis, apice ſinu exciſis.
Rumex digynus. LIN. *ſyſt. plant. Reich. II.* 121. *n.* 21.
Habitat in Schilherhoehe.

329. alpinus. R. floribus polygamis; foliis obtuſe cordatis, rugoſis. *Flor. bav. n.* 577.
Habitat frequentiſſimus circa caſas paſtorum in omnibus alpibus.

330. Acetoſa. R. floribus dioicis; foliis oblongo-ſagittatis. *Flor. bav. n.* 578.
Habitat paſſim in valle Cillara.

331. Acetoſella. R. floribus dioicis; foliis lanceolato-haſtatis. *Flor. bav. n.* 579.
Habitat in agris.

HERITERIA.

CAL. hexaphyllus: foliolis linearibus, obtuſis. COR. 0. STYL. 3, glabri. CAPS. triquetra, trilocularis.

332. anthericoides. H. *Flor. bav. n.* 580.
Habitat paſſim in alpibus.

Obſ. Ad Scheuchzeriam retulit Celeb. ROTH (*a*), a quo tamen genere aeque recedit ac Antherico.

TRIGLOCHIN.

CAL. hexaphyllus. STYL. 0. STIGM. 3–5, plumoſa. CAPS. obtuſa, 3–6 locularis.

333. paluſtre. T. capſula triloculari lineari. *Flor. bav. n.* 582.
Habitat in Schilherhoehe. D. Irafeck in Larzenbach legit.

COLCHICUM.

COR. monopetala, tubo longiſſimo, limbo campanulato, ſexpartito. STAM. ex tubo corollae.

334. autumnale. C. foliis planis, lanceolatis, erectis. *Flor. bav. n.* 583.
Habitat in pratis udis paſſim.

Obſ. In calidioribus regionibus ex lineis ſex, ſingulis petali laciniis inſculptis, nectareum liquorem ad inſertionem ſtaminum colligi vidit CYRILLUS (*b*).

VERATRUM.

FLORES polygami.

☿. CAL. 0. COR. ſexpetala. CAPS. 3, polyſpermae.
♂. ut in ☿. GERMINIS rudimentum.

(*a*) Flor. germ. II. part. prior. (*b*) Comment. XXIX. p. 419.

335. album. V. racemo compoſito; petalis erectis. *Flor. bav. n.* 584.
Habitat vulgaris in alpeſtribus.

ORDO. III.

Stylis pluribus.

ALISMA.

CAL. triphyllus. COR. tripetala. SEM. plura.

336. Plantago. A. foliis ovatis, acutis, nervoſis; fructu obtuſo, trigono. *Flor. bav. n.* 585.
Habitat in foſſis.

Obſ. Glandulae tres, cum ſtaminum paribus alternantes (*a*).

CLASSIS OCTANDRA.

Staminibus octo liberis.

ORDO I.

Stylo unico.

EPILOBIUM.

CAL. quadrifidus, ſuperus. COR. quadripetala. SILIQUA elongata. SEMINA pappoſa.

337. anguſtifolium. E. foliis ſparſis, lanceolatis; petalis inaequalibus. *Flor. bav. n.* 589.
Habitat ad Mitterdorf.

338. hirſutum. E. foliis oppoſitis, alternisque, lanceolatis, ſerratis, ſeſſilibus; caule tereti. *Flor. bav. n.* 590.
Habitat Salisburgi.

339. roſeum. E. foliis oppoſitis alternisque, ovato-lanceolatis, ſerratis, glabris, petiolatis: petiolo per caulem teretem decurrente. *Flor. bav. I. p.* 642.
Habitat Salisburgi. D. de Helmreich.

(*a*) Cyrillus ibid.

340. montanum. E. caule ſubhirſuto; foliis glabris: omnibus oppoſitis, curte petiolatis, ovato-lanceolatis, dentatis. *Flor. bav. n.* 592.

Habitat in ſubalpinis Zemae, vallis Cillarae. D. Irafeck in montibus Abtenavienſibus et Lungavienſibus legit.

Obſ. In hoc genere filamenta calyci, nec receptaculo, inſerta ſunt (*a*).

VACCINIUM.

CAL. ſuperus, quadridentatus. COR. ventricoſa, campanulata, ore quadridentato. STAM. receptaculo inſerta. BACCA quadrilocularis, polyſperma.

341. Myrtillus. V. pedunculis unifloris; foliis ovatis, ſerratis, deciduis; caule ramoſo. *Flor. bav. n.* 596.

Habitat paſſim in ſylvis.

342. uliginoſum. V. pedunculis unifloris; foliis integerrimis, ovatis, plerisque baſi ciliatis. *Flor. bav. n.* 597.

Habitat circa Bundſchuh.

Obſ. Folia per totum marginem ciliata ſunt, ſed glabreſcunt ſenſim, ut tamen cilia baſeos diutiſſime perſiſtant.

343. Vitis idaea. V. racemis ramos terminantibus, nutantibus; foliis ovatis, margine reflexis, ſubtus punctatis. *Flor. bav. n.* 598.

Habitat in valle Cillara; etiam circa Salisburgum copioſe.

344. Oxycoccos. V. foliis ovatis, integerrimis, margine revolutis; caule repente, filiformi, inermi. *Flor. bav. n.* 599.

Habitat in turfoſis paſſim.

ERICA.

CAL. quadriphyllus, inferus. COR. quadrifida. STAM. receptaculo inſerta. CAPS. quadrilocularis.

345. vulgaris. E. antheris biariſtatis, corolla incluſis; corollis inaequalibus, campanulatis, calycis longitudine; foliis oppoſitis, ſagittatis. *Flor. bav. n.* 600.

(*a*) Cyrill. comm. XXX.

Habitat paſſim.

Obſ. Variat flore albo. — Glandulas octo ad baſin germinis, cum filamentis alternantes obſervavit Cyrillus (*a*).

246. carnea. E. antheris ſubbifidis, inermibus, corolla longioribus; corollis ovatis; foliis triquetris, ternis quaterniſque. *Flor. bav. n.* 601.

Habitat in Burgſtallſchrofen, Valle Cillara, monte Unterſperg, alibi.

Obſ. Ill. Mollius, qui hanc plantam locis diverſis calcareo lapide abundantibus legerat, itinere ſuo per montes graniticos edoctus obſervat, eam praeciſe calcareae catenae incolam eſſe.

ACER.

Flores polygami.

Cal. quinquefidus. Cor. quinquepetala.

347. Pſeudoplatanus. A. foliis quinquefidis, inaequaliter ſerratis: floribus racemoſis. *Flor. bav. n.* 602.

Habitat paſſim in montibus Salisburgenſibus, copioſiſſime in Praefectura Lofer.

348. platanoides. A. foliis quinquelobis, glabris: lobis acute dentatis; floribus corymboſis. *Flor. bav. n.* 603.

Habitat fere cum priore.

349. campeſtre. A. foliis lobatis: lobis obtuſe angulatis. *Flor. bav. n.* 604.

Habitat paſſim in montibus Salisburgenſibus.

DAPHNE.

Cal. cum Corolla adcurate connatus, quadripartitus, coloratus. Bacca carnoſa, monoſperma.

350. Mezereum. D. floribus ſeſſilibus, ramorum lateralibus, ternatis; foliis caducis. *Flor. bav. n.* 605.

Habitat in montibus ſaxoſis circa Salisburgum. D. de Helmreich.

(*a*) Comment. XXXI.

POPULUS.

Flores dioici.

♂. Amentum. Cal. squama lacera. Cor. turbinata, obliqua, integra.

♀. Amentum. Cal. et Cor. ut in ♂. Semina papposa, in Caps. biloculari.

351. alba. P. foliis suborbiculatis, acutis, angulatis, subtus tomentosis. *Flor. bav. n.* 609.
Habitat in humidis.

352. tremula. P. foliis orbiculatis, utrinque glabris, dentato-angulatis. *Flor. bav. n.* 610.
Habitat in sylvaticis.

353. nigra. P. foliis deltoideis, laxe serratis, acutis, glabris. *Flor. bav. n.* 611.
Habitat passim.

ORDO II.

Stylis duobus

CORYLUS.

Flores sexu distincti.

♂. Amentum. cylindricum. Cal. monophyllus, squamiformis, trifidus, uniflorus.

♀. Cal. diphyllus, lacerus. Cor. o. Fruct. Nux.

354. Avellana. C. caule fruticoso; foliis ovatis, acuminatis, inaequaliter serratis. *Flor. bav. n.* 612.
Habitat in sepibus.

QUERCUS.

Flores sexu distincti.

♂. Amentum. Cal. subquinquefidus. Stam. 8 — 12. Cor. o.

♀. Cal. monophyllus, integerrimus, hispidus. Styl. 2—5. Cor. o. Sem. 1, in calyce ampliato.

355. fructipendula. Q. foliis oblongis, pinnato-finuatis: finibus obtufis; petiolis brevibus; fructibus longe pedunculatis. *Flor. bav. n.* 614.
Habitat paſſim in montibus Salisburgenſibus.

356. Robur. Q. foliis oblongis, antrorſum latioribus: finibus ſubacutis; angulis obtufis; fructibus ſubſeſſilibus. *Flor. bav. n.* 615.
Habitat in ſylvis paſſim, ſed rarior.

CHRYSOSPLENIUM.

CAL. quadri – quinquefidus, coloratus. COR. o. CAPS. bifurca, unilocularis, polyſperma.

357. alternifolium. Ch. foliis alternis. *Flor. bav. n.* 616.
Habitat in valle Cillara.

MOEHRINGIA.

CAL. quadriphyllus. PETALA 4. CAPS. unilocularis, quadrivalvis.

358. muſcoſa. M. *Flor. bav. n.* 618.
Habitat in ſubalpinarum, imo ipſarum Salisburgenſium rupium lateribus, ſeptentrioni expoſitis, aut alias ob arborum umbras roridis.

ORDO III.

Stylis tribus.

POLYGONUM.

CAL. quinquepartitus, coloratus. COR, o. SEM. 1, lanceolatum, triquetrumve.

359. Biſtorta. P. caule ſimpliciſſimo; ſpica unica, cylindrica; foliis ovatis, in petiolum decurrentibus. *Flor. bav. n.* 619.
Habitat in valle Cillara paſſim; etiam ad Neumarkt.

360. viviparum. P. caule ſimpliciſſimo; ſpica unica, filiformi; foliis ſuperioribus lanceolatis. *Flor. bav. n.* 620.
Habitat in alpibus paſſim.

361. amphibium. P. floribus tetandris, digynis. ſtaminibus calyce longioribus. *Flor. bav. n.* 621.
Habitat in lacu ad Seehauſen, ubi ego vidi, et procul dubio in omnibus aquis ſtagnantibus.

362. Hydropiper. P. floribus hexandris digynis; foliis lanceolatis; ſtipulis margine glabris. *Flor. bav. n.* 622.
Habitat in foſſis, locisque paluſtribus.

363. Perſicaria. P. floribus hexandris, ſubdigynis, foliis lanceolatis, glabris; ſtipulis ciliatis. *Flor. bav. n.* 623.
Habitat in agris.

364. aviculare. P. floribus octandris digynis; foliis lanceolatis; caule procumbente herbaceo. *Flor. bav. n.* 624.
Habitat paſſim ad vias.

365. Convolvulus. P. foliis cordatis; caule volubili; floribus planiuſculis; calycibus ſimplicibus. *Flor. bav. n.* 626.
Habitat inter ſegetes.
Obſ. Diſtinguitur praecipue calycibus ſimplicibus a P. dumetorum, cui calyces dorſo alati ſunt.

ORDO IV.

Stylis quatuor.

PARIS.

CAL. quadriphyllus. PETALA 4, anguſta. BACCA unilocularis.

366. quadrifolia. P. *Flor. bav. n.* 628.
Habitat in valle Cillara.

RHODIOLA.

FLOR. ſexu diſtincti.

♂. CAL. quadripartitus. COR. quadripetala. SQUAMAE 4, ſuccoſae, emarginatae.

♀. CAL. quadripartitus. COR. 0. SQUAMAE 4, ſuccoſae, emarginatae. PIST. 4.

367. roſea. R. LIN. *ſyſt. plant. Reich. IV.* 264.

Sedum roseum. Scop. *carn. II. n.* 560.
Sedum sexu distinctum, foliis serratis, umbellis densissimis. haller *hist. n.* 953.
Habitat in alpibus Rauriſii copioſa. D. Iraſeck. etiam in aliis alpibus legit.

Obſ. Si Craſſulam, Sedum, Sempervivum, et Rhodiolam in unum genus coniungas, genus naturale conſtitues, quod Scopoli Hallerusque fecerunt, quod tamen vix in ullo ex iis ſyſtematibus ſeu methodis, quibus res Botanica hucusque uſa eſt, praeterquam in Halleriano commodum locum inveniet. Eodem modo, quo hoc genus in quatuor diſpeſcuit, Gentianae, Polygoni, Valerianae, plurimaque alia in ſyſtemate artificiali recte in plura diſpeſcerentur ad leges artis. Non is ego ſum, qui methodum naturalem prorſus explodam, quamvis decantatam illam catenam negem, et eam ſomnii loco, ſed philoſophici, habendam eſſe, ſaepius oſtenderim; ſed duas diverſas conſtitui methodos optarem, unam plane artificialem, in qua rigidum Syſtematicum deſidero: alteram quam proxime naturalem; haec ſcribendae hiſtoriae plantarum inſerviat, prior indicis locum teneat, utraque conſummatis non minus Botanicis, quam Tyronibus uſui erit. In poſteriore, quae neceſſario praecedit, cum non in priorem, ſed in naturae librum ſit index, tot efformabuntur genera, quot opus eſſe videbitur, e. g. Holoſteum, Alſine, Spergula, Sagina, Arenaria; tum Craſſula, Sedum, Sempervivum, Rhodiola; iterum Cucubalus, Dianthus, Silene, Lychnis, Saponaria, Gypſophila, Agroſtemma. Haec genera in tot claſſes diſpertiantur, quot Syſtema poſtulaverit; at in altera illa methodo, quae non indicis vicem praeſtat, ſed naturalem quendam ordinem ſequitur, qui id hiſtoriae naturali, quod chronologia civili, eſſe debet, in familias congregari, et ſe proxime invicem ſubſequi debent; exurgent ex datis generibus tres familiae, Alſinaeformium, Sediformium, Caryophyllaceorum, quae aliis, quibus proxime affines ſunt, familiis coniunctae, claſſes efficient, eo ferme modo, quo plures annorum centenarii in hiſtoria civili Periodos conſtituunt. Patet, utrasque has methodos non ad easdem quoad omnia leges efformari poſſe. Verum de his ſatis.

CLASSIS DECANDRA.

Staminibus decem liberis.

ORDO I.

Stylo unico.

ANDROMEDA.

CAL. quinquepartitus. COR. monopetala, ovata: limbo quinquefido. STAM. corollae inserta. CAPSULA.

368. poliifolia. A. pedunculis aggregatis; floribus ovatis; foliis alternis, angustis, margine revolutis. *Flor. bav. n.* 639.
Habitat in Haarmoos ad Laufenam.

PYROLA.

CAL. quinquepartitus. COR. quinquepetala. CAPS. quinquelocularis, angulis dehiscens. STAM. receptaculo inserta.

369. secunda. P. racemo secundo; foliis ovatis, acutis. *Flor. bav. n.* 642.
Habitat in nemore Grawandschinder Zemae vallis Cillarae.

370. minor. P. pistillo recto; staminibus inclinatis; foliis orbiculatis, rotundato-crenatis, floribus sparsis. *Flor. bav. n.* 641.
Habitat Salisburgi in monte Capucinorum, ubi ipse legi.

371. uniflora. P. scapo unifloro. *Flor. bav. n.* 644.
Pyrola uniflora. KROCKER *silef. II. n.* 631. *Tab.* I.
Habitat in alpestribus.
Obs. Pistillum declinatum.

RHODODENDRON.

CAL. quinquepartitus. COR. quinquefida, subinfundibuliformis. STAM. receptaculo inserta, declinata. CAPSULA.

372. ferrugineum. R. foliis glabris, ſubtus, ex glandulis aggregatis, ferrugineis, corollis infundibuliformibus. *Flor. bav. n.* 645.

Habitat frequens in Cillarae vallis alpibus; in Hinteralpe ad Bundſchuh, et in Windsfelde et Tofern montibus.

373. hirſutum. R. foliis ſetoſe ciliatis, ſubtus punctiformibus glandulis ſparſis; corollis infundibuliformibus. *Naturh. Brief. II.* 215. *n.* 169.

Habitat in valle Cillara, ubi tamen rarum legit Ill. Mollius; maiori copia in Taurero Raſtadienſi, et in Windsfelde invenit, montibus calcareis; ex Tennengebirge attulit D. Iraſeck; imo in ipſo monte Capucinorum prope Salisburgum copioſiſſimum mihi occurrit. Calcareo ergo lapide gaudet frutex.

374. Chamaeciſtus. R. foliis ſetoſe ciliatis; corollis rotatis. *Flor. bav. n.* 647.

Habitat im Tennengebirge, et in Teufelshorn, unde attulit D. Iraſeck; in valle Cillara Ill. Mollius non vidit; ut ergo et hic frutex montibus calcareis proprius videatur.

ORDO II.

Stylis duobus.

SAXIFRAGA.

Cal. quinquepartitus. Petala 5. Capsula biroſtrata, unilocularis, polyſperma.

375. maculata. S. foliis lingulatis, cartilagineo-ſerratis, baſi ciliatis; radicalibus roſacee congeſtis; petalis lingulatis. *Flor. bav. n.* 649.

α. S. maculata; petalis flavicantibus: punctis cruoreis.

Habitat in vallis Cillarae alpibus Zemae.

β. S. maculata; petalis flavicantibus, immaculatis.

Habitat copioſa ad alpem Schwemm.

376. caeſia. S. foliis radicalibus roſacee congeſtis, oblongo-ovatis, reflexis, ſupra depreſſo-punctatis; caule pauciflоro. *Flor. bav. n.* 652.

Habitat in alpibus Zemae; in Windsfeld Lungaviae; in Tofern monte; in Taurero Raſtadienſi. Ex Tennengebirga D. Irafeck attulit.

377. bryoides. S. foliis lineari-lanceolatis, navicularibus, mucronatis, ciliato-ferratis: radicalibus roſacee congeſtis; caule unifloro.

Saxifraga bryoides. *Flor. bav. I. p.* 693.

Habitat in alpibus Zemae vallis Cillarae; in Rauriſer Goldberge. D. Irafeck legit im Hohenzinken.

378. androſacea. S. foliis lanceolatis, piloſis, apice raro dentatis integrisque: radicalibus confertis; caulibus ſimplicibus, paucifoliis, paucifloris.

Saxifraga androſacea. LIN. *ſyſt. plant. Reich. II.* 310. *n.* 4.

Saxifragia alia, foliis modo integris, modo trifidis. HALLER *opuſc. p.* 292. *Tab.* 2.

Saxifragia foliis hirſutis, ellipticis et bidentatis; caule paucifloro. HALLER *hiſt. n.* 984.

Saxifraga pyrenaica. SCOP. *carn. II. n.* 498.

Habitat in alpinis Kothahornkarr et Zemae vallis Cillarae; item in Schilherhoehe Lungaviae, et in Windsfelde, et Rauriſer Goldberge.

Obſ. Planta uncias circiter tres alta; ex radice uni- bicipiti caules plures, baſi foliis radicalibus ſatis numeroſis circumdati, lanceolatis, apice bi-trifidis, integrisque; flos in apice unicus, etiam duo tresve; omnia ſatis piloſa: pilis articulatis.

379. oppoſitifolia. S. caulibus pendulis, folioſis; foliis ovatis, ciliatis, oppoſitis: caulinis imbricatis. *Flor. bav. I. p.* 694.

Saxifragia caule repente, foliis quadrifariam imbricatis, cartilagineis, ciliatis. HALLER *helv. n.* 980.

Habitat in Gerloswand vallis Cillarae; im Windsfelde Lungaviae; in monte Tofern.

Obſ. Caules proprie non repunt, ſed procumbunt, aut, quum in ſaxo perpendiculari excreſcunt, dependent; ramoſi ſunt: rami undique foliis parvis, rigidis, ovatis, ciliatis obtecti. Flores videntur ſeſſiles, aut certe breviſſime pedunculati; ſolitarii ſunt, ex

ramulorum fere apicibus, corollis eleganter coeruleis, pro ratione foliorum satis magnis. Elegantissima plantula, quam Ill. inventor, D. Bar. de Moll, primum in Gerloswand cum vitae periculo legit.

380. autumnalis. S. foliis radicalibus aggregatis, caulinis alternis, linearibus, leviter molliterque aculeato-ciliatis. *Naturh. Brief. II. p.* 220. *n.* 178.

Habitat passim in alpibus.

381. aspera. S. caulibus basi procumbentibus dense foliosis; ramis floriferis erectis, paucifoliis, pauciforis; foliis linearibus, rigidis, ciliatis, alternis.

Saxifraga aspera. Lin. *syst. plant. ed. Reich. II. p.* 315. *n.* 19.

Saxifragia foliis duris, ciliatis, caule ramoso, pauciforo. Haller *hist. n.* 970.

Habitat in alpibus Zemae vallis Cillarae; in alpibus Lungavienfibus.

Obs. Caulis procumbit, aut (ut videtur) omnino repit; totus dense foliis, ramorumque floriferorum initiis tectus; rami floriferi, ubi excrevere, erecti, semitertiam circiter unciam alti, filiformes, cum quatuor, quinque foliis remotis, alternis. Folia omnia linearia, duriuscula, ciliata: ciliis non ex pilis, sed ex ipsa folii substantia factis; petala ochroleuca, ungue luteo; flores in uno ramulo duobus vix plures, terminali uno, altero paulo inferiore.

382. stellaris. S. foliis radicalibus cuneatis, oblongis, obtusis, a medio ad apicem dentatis; caule subaphyllo, ramoso, paniculato; petalis basi biguttatis. *Flor. bav. n.* 656.

Habitat in alpibus Zemae, et Lungaviae, item in Tofern monte, nec alias per alpes rara, quae frequenter etiam in valles alpestres descendit.

383. ascendens. S. caule subascendente; foliis cuneatis, subcoriaceis: inferioribus apice quinquedentatis, reliquis tridentatis, supremis oblongis edentulis. *Flor. bav. n.* 656.

Habitat in alpibus Zemae. In Kleinarl invenit D. Irafeck. In Taurero Rastadiensi a Linnaeo dici-

tur (*a*) creſcere, ſed eam ibi Ill. Mollius fruſtra quaeſivit.

384. ceſpitoſa. S. foliis radicalibus roſacee expanſis, tripartitis: laciniis linearibus, divaricatis; caule paucifolio: foliis inferioribus trifidis. *Flor. bav. n.* 660.

Habitat in ſummis alpibus Zemae. In Teufelshorn prope Bliembach D. Irafeck invenit; etiam in Rauriſer Goldberg.

Obſ. Mire variat haec planta. Semper ex radice caules plures exſurgunt, baſi roſula denſa foliorum cincti; ea folia pleraque cuneata, profunde trifida, intermixtis ſaepe quibusdam lanceolatis integris; vidit etiam Ill. Mollius, aeque ac Ill. Wulfenius (*b*), quaedam trifida, quorum laciniae iterum trifidae erant: caeterum eae laciniae ſemper lineares, apice rotundatae. E medio roſularum ſcapi, iam uniflori, iam multiflori: floribus ad quatuor; magis minusque folioſi, foliis vix ultra quinque, nunquam nullis (quanquam et hoc ſemel vidi, ſolis tunc foliis pedunculos fulcientibus praeſentibus); firmuli illi quidem et longiores brevioresque ab uncia una ad quatuor. Folia caulina, ſaltem inferiora, ſemper cuneata. Petala oblonga, lineis tribus percurſa, alba, dum planta vivit, et tantum baſi flava, emortua tota flava. Planta viſcidula, inodora.

In ſimillima S. muſcoſa ſcapi plane aphylli, debiles, ſetiformes, fere tantum pili equini craſſitie; corollae etiam recentes flavae.

385. rotundifolia. S. foliis caulinis reniformibus, dentatis, petiolatis; floribus paniculatis. *Naturh. Brief. II. p.* 222. *n.* 179.

Habitat im nothigen Wirth in valle Tuxenſi; in Taurero Raſtadienſi; in monte Tofern.

386. burſeriana. S. radice multicipiti; foliis roſacee congeſtis, ſubulatis; ſcapis unifloris: bracteis calycibusque coloratis.

Saxifraga burſeriana. DE WULFEN *Iacqu. miſc. I.* 152. *Tab.* 17. *f.* 3.

(*a*) Spec. plant. 579. n. 38. (*b*) Coll. iacq. I. p. 292.

Habitat: — Taurerum Raſtadienſem. LINNAEUS (*a*) adſignat, ſed Ill. Mollius eam nulla opera detegere potuit itinere per eas alpes ſub finem Auguſti inſtituto.

GYPSOPHILA.

CAL. monophyllus, tubuloſus, quinquedentatus, baſi absque ſquamis acceſſoriis. PETALA 5, unguiculata. CAPS. oblonga, unilocularis.

387. repens. G. foliis ſuccoſis, lineari lanceolatis; caule proſtrato radicante; ramis erectis aſcendentibusve.
Gypſophila repens. *Flor. bav. n.* 664.
Habitat in Teufelshorn vallis Bliembach, ubi D. Iraſeck varietatem pumilam legit.

DIANTHUS.

CAL. monophyllus, cylindricus, quinquedentatus, baſi ſquamis 4 auctus. PETALA 5, unguiculata. CAPS. cylindrica, unilocularis.

388. carthuſianorum. D. floribus aggregatis; ſquamis calycinis ovatis, ſubulato-acuminatis, calyce longioribus; foliis linearibus trinerviis. *Flor. bav. n.* 670.
Habitat paſſim in montibus humilioribus. Alpes eum aſcendere non vidi; legit tamen in ſubalpeſtribus Zemae Ill. Mollius.

389. Saxifraga. D. Floribus ſolitariis, petalis linearibus; calycibus angulatis; ſquamis acceſſoriis quatuor ovatis, acutis; caule diffuſe ramoſo.
Gypſophila ſaxifraga. *Flor. bav. n.* 667.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

390. deltoides. D. floribus ſolitariis; ſquamis acceſſoriis lanceolatis, nonniſi duabus; petalis crenatis. *Flor. bav. n.* 672.
Habitat paſſim in planitie et collibus.

391. ſuperbus. D. floribus ſolitariis; ſquamis acceſſoriis brevibus, acutis; petalis in capillaceas longas lacinias diviſis; caule erecto. *Flor. bav. n.* 673.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

(*a*) Spec. plant. p. 572. n. 6.

392. glacialis. D. floribus ſolitariis, ſubacaulibus; ſquamis acceſſoriis elongatis, acuminatis, tubum ſuperantibus; foliis linearibus, caule floreque ſimul longioribus.

Dianthus glacialis. HAENKE *coll. Iacq. II.* 84.

Habitat in alpibus Karrthal et Froſnitz; ibi certe rariſſimam plantam legit diligentiſſimus Haenkius.

Obſ. Suſpicio erat, varietatem eſſe D. alpini; ſed negat id Inventor.

394. arenarius. D. caulibus ſubunifloris; ſquamis acceſſoriis lineari-lanceolatis, calyci ſubaequalibus; petalis multidentatis; foliis linearibus, margine denticulatis.

Tunica arenaria. SCOP. *carn. II. n.* 508.

Habitat in montoſis aridis ꝛc Zellerberg vallis Cillarae.

Obſ. Deſcriptio definitioque ſeu LINNAEI ſeu REICHARDI (*a*) minus quadrat, multo magis Scopolina. Radix perennis (ut in gente), recta in terram deſcendit, teres, ſublignoſa, multiceps, caules copioſos foliaque emittit. Caules vix multum ultra uncias duas alti, uniflori, biflorive. Folia omnia omnino linearia: radicalia quidem longitudine fere caulium, caulina minora, omnia margine denticulis retroflexis ciliata, ſed qui aetate deteruntur. Calyx purpureo coloratus, ſquamis ſtipatus quatuor, lineari lanceolatis, utplurimum calycis longitudine, aut illo paulo longioribus, quamquam etiam (ſaltem duabus earum) brevioribus. Petalorum ungues calycis longitudine, limbus baſi villoſus, circumferentia extima multidentata, qualem etiam vidit VILLAR (*b*), ſed Linnaeus ultra medium diſci inciſa et lacera dicit, qua in re non diſſentit Scopolius.

395. alpinus. D. caulibus unifloris; petalis dentatis, fauce piloſis; ſquamis acceſſoriis ovatis, ſubulato-caudatis, calyci ſubaequalibus; foliis anguſto-lanceolatis.

Dianthus alpinus. LIN. *ſyſt. plant. ed. Reich. II.* 338. *n.* 16.

Habitat

(*a*) Syſt. plant. edit. Reich. II. (*b*) Flor. delph. p. 41. p. 338.

Habitat in Rauriſer Goldberg.

Obſ. Radix multiceps, foliorum anguſto-lanceolatorum ceſpites emittit, intra quos exſurgunt cauliculi unciales, maiores etiam, ſed etiam minores, folioſi, uniflori. Squamis acceſſoriis quatuor fulciuntur calyces, lanceolato-ovatis, ſed apice definentibus in caudam, planam quidem, ſed quod fere involuta occurrat, ſubulatam: exteriores calycis longitudine dicit LINNAEUS (*a*), interiores vero dimidio breviores; ſed variare hac in re plantam dicit VILLAR (*b*), quum ſquamae hae acceſſoriae a dimidio longitudinis calycis, ad eiusdem altitudinem per omnes gradus occurrant; ego in omnibus exemplaribus eas ſubaequales inter ſe, at calyce paulo longiores, vidi. Colorem floris extus flaveſcentem dicit Villar, et hanc notam conſtantem eſſe; ſed ex ſiccis exemplaribus hoc tuto affirmare non poſſum.

ORDO III.

Stylis tribus.

CUCUBALUS.

CAL. inflatus. PETALA 5, bifida, in apice unguium glabra. CAPS. trilocularis.

396. Behen. C. calycibus ſubgloboſis, glabris, venoſo-reticulatis; capſulis trilocularibus; unguibus petalorum auriculatis. *Flor. bav. n.* 676.
Habitat paſſim.

SILENE.

CAL. ventricoſus: PETALA 5, unguiculata: unguium apice ad baſin laminae petali lamella bifida.

397. nutans. S. petalis bifidis; floribus ſecundis, nutantibus; panicula nutante. *Flor. bav. n.* 679.
Habitat paſſim ad vias publicas, et in aditu ſylvarum.

398. Armeria. S. floribus corymboſo-faſciculatis; foliis ſuperioribus cordatis, glabris. *Flor. bav. n.* 682.
Habitat in agro Salisburgenſi.

(*a*) Spec. plant. p. 590. n. 14. (*b*) loc. cit.

399. rupeſtris. S. petalis emarginatis; calycibus ſubteretibus, infundibuliformibus; foliis lanceolatis; florum panicula ſubdichotoma.

Silene rupeſtris *Flor. bav. n.* 688.

Habitat frequens in alpinis et montanis vallis Cillarae; in Taurero Raſtadienſi; in alpibus Lungavienſibus; in Tofern monte.

Obſ. Variat magnitudine; etiam foliis lanceolato-linearibus.

400. quadrifida. S. petalis quadrilobis; caule dichotomo; floribus pedunculatis; foliis oppoſitis, linearibus, patentibus. *Flor. bav. n.* 684.

Habitat in montibus Lungavienſibus; in Taurero Raſtadienſi; in monte Tofern; ad Gaſtunum. Ex montibus Abtenavienſibus. D. Iraſeck herbarioſuo intulit.

401. Pumilio. S. caulibus unifloris; calycibus campanulato-ventricoſis, coloratis, hirſutis.

Silene Pumilio. DE WULFEN *collect. Iacqu. II.* 126. *Tab.* 10.

Cucubalus Pumilio. LIN. *ſyſt. plant. Reich. II.* 344. *n.* 15. nec ſynonyma.

Cucubalus Pumilio. *Syſt. veg. ed. XIV. p.* 420. *n.* 15. Sed Silene eſt.

Habitat in Schilherhoehe Lungaviae.

Obſ. Planta caule foliationeque multum ſimilis vulgari alpium celſiorum Silenae acauli. Sed flos multo ſpecioſior; magnus nempe, et flore Rhododendri hirſuti, quem colore et habitu refert, maior. Calyx ventricoſo-campanulatus, unciam fere altus, hirſutus, quinquedentatus; dentibus latis, obtuſis. Corolla calyce maior, petalorum laminis ſitum inter erectum et patentem medium obſervantibus; laciniis laminularum ad unguium corollinarum cum laminis connexionem anguſtiſſimis.

402. acaulis. S. caule fruticoſo, procumbente; ramulis erectis, unifloris: floribus pedunculatis. *Naturh. Brief. II.* 224. *n.* 185.

Habitat in alpibus Cillarae vallis frequens. In Tappenkarr legit D. Iraſeck.

STELLARIA.

CAL. pentaphyllus, patens. PETALA 5, bifida. CAPS. unilocularis, polyſperma.

403. nemorum. S. foliis cordatis, acutis, petiolatis: ſupremis lanceolatis, ſeſſilibus; panicula dichotoma, ramoſa. *Flor. bav. n.* 686.
Habitat in udis vulgaris.

404. graminea. S. foliis oblongo-lanceolatis, ſeſſilibus, oppoſitis, margine glabris, baſi ciliatis; petalis bipartitis. *Flor. bav. n.* 689.
Habitat in dumetis vallis Cillarae.

Obſ. Ill. Mollius in eadem planta numeravit ſtylos 3, 4, 5.

ARENARIA.

CAL. pentaphyllus, patens. PETALA 5, integra. CAPS. unilocularis, polyſperma.

405. biflora. A. caulibus ramisque repentibus; foliis obovatis, mucronatis; pedunculis lateralibus terminalibusque ramulorum, unifloris biflorisque.
Arenaria biflora. LIN. *ſyſt. plant. ed. Reich. II.* 360. *n.* 3.
Alſine caule recto, proſtrato, foliis ovatis. HALLER. *hiſt. n.* 877.
Habitat in ſummis alpibus Zemae ad Rothenkopf cum Ranunculo glaciali, et Anthemide alpina; in Schilherhoehe Lungaviae.

Obſ. Caules longi, non flexuoſi, ſed ſatis adcurate in eadem recta (unde Halleri expreſſio) procumbunt; tum illi, tum eorum rami hinc inde radices ſolitarias agunt; utrique foliis veſtiuntur, qualia Serpyllo ſunt, ſed minoribus, glabris, ac minime coriaceis. Ex ramulorum apicibus lateribusque pedunculi exſurgunt, bracteis duabus oppoſitis, ſeu a flore remotis inſtructis, biflori uniflorique, ex fere lege, ut qui ex apice exſurgunt, biflori ſint, pedunculo communi brevi, pedicellis bractearum pari ſuſtentatis, longioribus; qui vero e latere erumpunt, fere uniflori; quamquam res etiam vice verſa ſe habeat. Ubi pedunculus biflorus eſt, in alterius pedicelli medio bractea-

rum par adſidet, altero aphyllo, quod egregie Linnaeus obſervavit.

406. ſerpyllifolia. A. hiſpidula; foliis oppoſitis, ovatis, acutis, nervoſis, ſeſſilibus; calyce corollam ſuperante. *Flor. bav. n.* 692.
Habitat in agro Salisburgenſi. D. de Helmreich.

407. ſtriata. A. foliis lineari-lanceolatis oppoſitis, erectis, adpreſſis, dorſo tricarinatis, baſeos confertioribus; foliolis calycinis lanceolatis, ſtriatis.
Arenaria ſtriata. *Flor. bav. n.* 697.
Habitat in Kothahornkarr vallis Cillarae; im Windsfelde Lungaviae; im Rauriſer Goldberge. In monte Teufelshorn legit D. Iraſeck.

CHERLERIA.

CAL. pentaphyllus. PETALA 5, minima, emarginata. STAM. filamenta 10, alterna caſtrata. CAPS. unilocularis, trivalvis, triſperma.

408. ſedoides. Ch. *Flor. bav. n.* 699.
Habitat in Schilherhoehe; in Windsfeld Lungaviae; im Rauriſer Goldberge.

ORDO IV.

Stylis quinque.

SEDUM.

CAL. quinquefidus. PETALA 5. GERM. 5, quodvis extus ſquama auctum.

409. Telephium. S. foliis planis, ovatis, ſerratis; corymbo folioſo. *Flor. bav. n.* 700.
Habitat circa Salisburgum in montibus vulgaris.

410. album. S. foliis oblongis, ſubteretibus, obtuſis, patentibus; cyma ramoſa. *Flor. bav. n.* 701.
Habitat in rupibus, ruderibus.

411. rubens. S. foliis fuſiformibus, depreſſiusculis: inferioribus quaternis; cyma quadrifida; petalis albis: nervo rubro. *Flor. bav. n.* 702.
Habitat in Teufelshorn. D. Iraſeck.

412. acre. S. foliis ſubovatis, ſupra baſin adnatis, erectiusculis, dorſo convexis; cyma trifida. *Naturh. Brief. II.* 227. *n.* 192.
Habitat in ruderibus; aggeribus ſaxoſis.

413. ſexangulare. S. foliis ſubovatis, ſupra baſin adnatis: in prima aetate 5 — 6 ſtichis. *Flor. bav. n.* 705.
Habitat paſſim in muris arcium antiquarum, in vallis; ſed etiam alpes aſcendit: occurrit quippe in ſummis alpibus Zemae, Rothenkopf, Waxeggerkarr.

Obſ. Iunior planta et necdum florens quinqueangularis ſexangularisve eſt, unde ei nomen.

OXALIS.

CAL. pentaphyllus. PETALA 5, unguibus connexa. FILAMENTA baſi in annulum communem breviſſimum connexa. CAPS. unica, pentagona, angulis dehiſcens.

414. Acetoſella. O. ſcapo unifloro; foliis ternatis; radice ſquamata. *Flor. bav. n.* 707.
Habitat in ſylvis faginis.

AGROSTEMMA.

CAL. monophyllus, ſubcoriaceus. PETALA 5, unguiculata: laminis obtuſis, indiviſis. CAPS. unilocularibus.

415. Githago. A. villoſa; calycibus florum longitudine; petalis integris, exappendiculatis. *Flor. bav. n.* 709.
Habitat in agris.

Obſ. Petalis absque auriculis praecipue a Coeli roſa: integris vero, nec emarginatis, et ab hac, et ab aliis omnibus congeneribus praecipue diſtingnitur.

LYCHNIS.

CAL. monophyllus, oblongus. PET. 5, unguiculata: laminis fiſſis. CAPS. quinquelocularis.

416. Flos Cuculi. L. petalis quadrifidis: laciniis linearibus. *Flor. bav. n.* 710.
Habitat in pratis humidis.

417. Viſcaria. L. foliis oblongo-lanceolatis; petalis emarginatis: unguibus auriculatis; caule ſupra viſcoſo. *Flor. bav. n.* 711.

Habitat in locis ſylveſtribus.

418. dioica. L. floribus dioicis; foliis ovato-lanceolatis, ſeſſilibus. *Flor. bav. n.* 712.

Habitat in pratis.

Obſ. Variat floribus albis rubrisque. Nuperrime quispiam feminam huius plantae ſine maris adiumento matura ſemina tuliſſe adſeruit (*a*).

Genera DIANTHUS, SAPONARIA, GYPSOPHILA, SILENE, CUCUBALUS, LYCHNIS, AGROSTEMMA familiam *Caryophyllacearum* plantarum conſtituunt. Eius familiae character eſt:

Cal. monophyllus, diviſus.
Cor. pentapetala: petalis unguiculatis.
Stam. 10: 5 cum petalis alternantia, 5 oppoſita, ſeriora: omnia baſi una cum petalis annulo ſuccoſo germen cingenti inſerta.
Piſt. Germen plerumque breviter pedicellatum.

Conferantur ea, quae alias (*b*) de hac familia dixi.

CERASTIUM.

CAL. pentaphyllus. PETALA 5, bifida. CAPS. unilocularis, apice dehiſcens.

419. vulgatum. C. caule procumbente; foliis ovatis, hirſutis; petalis calycis longitudine.
Ceraſtium vulgatum. *Flor. bav. n.* 713.

Habitat in pratis, viis publicis.

Obſ. Variat caule ramoſo ſimplicique.

420. viſcoſum. C. caule erecto, villoſo-viſcido; foliis ovatis, oppoſitis, ſeſſilibus: infimis petiolatis. *Flor. bav. n.* 714.
Habitat in valle Cillara.

(*a*) Magaz. für Bot. XI. St. p. 185.
(*b*) Naturf. XXIII. St. p. 128-136.

421. arvenſe. C. foliis lineari-lanceolatis, obtuſis, glabris; corollis calyce maioribus. *Flor. bav. n.* 716.
Habitat in agris, agrorumque limitibus; in viis publicis.

422. alpinum. C. radice multicipiti; foliis ovato-lanceolatis; petalis calyce duplo longioribus; capſulis oblongis.
Ceraſtium alpinum. LIN. *ſyſt. plant. Reich. II. p.* 400. *n.* 8.
Centunculus alpinus. SCOP. *carn. II. n.* 550.
Habitat in alpibus Ramsberg vallis Cillarae; in Rauriſer Goldberg.

Obſ. Caules villoſuli; folia variant, iam glabra, iam villoſa; denſe tomentoſa vidit Villar (*a*). Flores in quovis cauliculo duo, tres, quatuor, etiam unicus.

423. ſtrictum. C. foliis lineari-lanceolatis, ciliatis; floribus calyce maioribus; capſulis globoſis.
Ceraſtium ſtrictum. LIN. *ſyſt. plant. Reich. II. p.* 401. *n.* 10.
? Centunculus anguſtifolius. SCOP. *carn. II. n.* 551.
Habitat in alpibus Zemae et Ramsberg.

Obſ. Simillima C. arvenſi, quod etiam Hallerus obſervavit (*b*), ut facile cum illo confundi poſſit. Verum folia non glabra, ſed pilis ciliata, et ſubinde, quod Hallerus ait, adeo acuta, ut pungant. Stylos video ordinarie quinque, at Ill. Mollius etiam tres tantum vidit.

424. latifolium. C. foliis oblongo-ovatis, calycibusque villoſis; ramulis ſubunifloris; capſulis globoſis.
Ceraſtium latifolium. LIN. *ſyſt. plant. Reich. II. p.* 402. *n.* 14.
Myoſotis foliis tomentoſis, ovatis. HALLER *hiſt. n.* 887.
Habitat in Rauriſer Goldberg.

Obſ. Rami, ut videtur, decumbunt, tecti foliis oblongo-ovatis; ramuli unciales, aut fere minores, erecti, foliis alternis, et ipſis oblongo-ovatis; ramuli, foliaque cum calycibus undique hirſutie ve-

(*a*) Flor. delph. p. 45. (*b*) Hiſt. n. 892.

ſtiuntur, et hinc folia cum calycibus ciliata evadunt. Ramus quivis in apice florem unicum promit (mihi inter copioſa exemplaria nullus biflorus occurrit), proportione magnum; corolla alba, petalis vix ad $\frac{1}{4}$ bifidis.

SPERGULA.

CAL. pentaphyllus. PET. 5, integra. CAPS. ovata, unilocularis, quinquevalvis.

425. ſaginoides. S. foliis oppoſitis, aequalibus, anguſtiſſimis, apice mucronatis, ſcarioſo-amplexicaulibus; petalis calyce brevioribus. *Flor. bav. n.* 721.

Habitat in montibus Abtenavienſibus. D. Iraſeck.

CLASSIS DODECANDRA.

Seminibus liberis, decem pluribus, viginti pauciori-bus.

ORDO I.

Stylo unico.

ASARUM.

CAL. tri — quadrifidus, germini inſiſtens. COR. o. CAPSULA.

426. europaeum. A. foliis reniformibus. *Flor. bav. n.* 722.

Habitat in dumetis circa Salisburgum.

LYTHRUM.

CAL. duodecimfidus. PETALA 6, calyci inſerta. CAPS. bilocularis, polyſperma.

427. Salicaria. L. foliis cordato-lanceolatis, oppoſitis; floribus ſpicatis, dodecandris. *Flor. bav. n.* 724.

Habitat paſſim ad aquas.

ORDO II.

Stylis duobus.

AGRIMONIA.

CAL. quinquedentatus, calyculatus. PET. 5. SEM. 2, in fundo calycis.

428. Eupatoria. A. foliis caulinis pinnatis: foliolo impari petiolato; fructibus hiſpidis. *Flor. bav. n.* 727.

Habitat in viis publicis.

IUGLANS.

FLORES ſexu diſtincti.

♂. AMENTUM. CAL. ſquama uniflora. COR. ſexfida.

♀. FLORES ſolitarii ternative. COR. quadrifida. FRUCT. Drupa ſicca.

429. regia. I. foliolis ovatis, glabris, obſolete ſerratis, ſubaequalibus. *Flor. bav. n.* 728.

Habitat paſſim, non rara; olim peregrina.

ORDO III.

Stylis tribus.

FAGUS.

FLORES ſexu diſtincti.

♂. AMENTUM. CAL. monophyllus, campanulatus, quinquefidus. COR. o.

♀. FLOS gemmiformis. CAL. biflorus, quadrifidus. COR. hexapetala, piloſiſſima. FRUCT. coriaceus, ſubdiſpermus.

430. ſylvatica. F. foliis ovatis, obſcure ſerratis: iunioribus piloſo-ciliatis. *Flor. bav. n.* 729.

Habitat paſſim in ſylveſtribus.

RESEDA.

CAL. monophyllus, partitus. PETALA lacera. CAPS. apice hians, unilocularis.

431. lutea. R. foliis tripartitis, inferioribus pinnatis. *Flor. bav. n.* 731.

Habitat in muris ad arcem Gmein. D. de Helmreich.

EUPHORBIA.

CAL. monophyllus. COR. quadri — quinquepetala. CAPS. tricocca.

432. Peplus. E. umbella trifida; umbellulis dichotomis; involucris ovatis; foliis integris, obovatis, petiolatis. *Flor. bav. n.* 732.

Habitat in Cultis, Hortis, Arvis, Lupuletis.

433. dulcis. E. umbella tri — quinqueradiata; umbellulis bifidis; involucellis subovatis, foliisque caulinis ellipticis, serrulatis; fructibus subtorosulis. *Flor. bav. n.* 734.

Habitat in monte Capucinorum, ubi plantam hanc legi, ubique provenientem, modo solum multo lapide stratum est.

Obs. Facile dignoscitur a congeneribus coma flava, et demum rubra.

434. helioscopia. E. umbella quinqueradiata; radiis trifidis; umbellulis dichotomis; involucellis obovatis, foliis cuneiformibus, serratis. *Flor. bav. n.* 735.

Habitat in hortis, arvisque passim.

435. sylvatica. E. umbella quinqueradiata; involucellis cordatis, obtusis, connatis, bifloris; foliis obtuse lanceolatis, in petiolum decurrentibus.

Euphorbia sylvatica. *Flor. bav. n.* 740.

Tithymalus sylvaticus. SCOP. *carn. II. n.* 572.

Habitat in valle Cillara. Ego copiosam vidi Salisburgi in monte Capucinorum, et dein circa Teisendorf.

536. Cypariſſias. E. umbella multiradiata; umbellulis dichotomis; involucellis ſubcordatis; foliis caulinis linearibus: ramorum anguſtioribus. *Flor. bav. n.* 741.

Habitat paſſim in ſolo macro; vulgaris in ſylvis caeduis.

Obſ. Quum Maio menſe 1740 in inſula Wört prope Ratisbonam cum amiciſſimo D. Duval deambularem, forte vivaciſſimus mellis odor nares feriit; inquirentibus nobis in odoris cauſam nihil occurrit praeter ingentem huius plantae copiam, laetiſſime florentem; decerptam unam naribus admovimus uterque, et eam huius odoris cauſam eſſe cognovimus.

ORDO IV.

Stylis pluribus.

SEMPERVIVUM.

Cal. duodecimpartitus. Petala 12. Caps. 12, polyſpermae.

437. hirtum. S. foliis piloſis ciliatisque; petalorum apicibus extus, cauleque hirtis.

Sempervivum hirtum. Lin. *ſyſt. plant. Reich. II. p.* 460. *n.* 6.

Habitat: ex Taurero Raſtadienſi habuit Linnaeus; Ill. Mollius in rupeſtribus ſubalpinis et alpinis Cillarae vallis, et in Windsfelde Lungoviae legit.

Obſ. Planta fere $\frac{1}{4}$ pedis alta, baſi foliorum roſulas emittit, ſemipatentes. Folia roſularum oblongo-ovata, caulina lanceolata, integerrima omnia (hinc Bauhini ſynonymon: *Sedum montanum, foliis dentatis* (*a*), huc non pertinet), hiſpida, ciliata; etiam caulis hiſpidus, et calyces, qui praeterea, uti et petalorum apices, ciliati. Corolla rubra. Stamina numeravit Ill. Mollius ſubinde ad 16 et 10 tantum ſtylos.

(*a*) Pin. 283.

CLASSIS ICOSANDRA.

Staminibus numeroſis, liberis, calyci inſertis.

ORDO I.

Stylo unico.

PRUNUS.

438. Padus. P. floribus racemoſis; foliis baſeos dorſo biglanduloſis. *Naturh. Brief. II. p.* 228. *n.* 202.
Habitat in ſepibus et dumetis.

439. avium. P. florum umbellis ſeſſilibus: foliis lanceolatis, dorſo piloſis. *Naturh. Brief. II. p.* 229. *n.* 203.
Habitat in montibus.

440. ſpinoſa. P. floribus ſolitariis; foliis glabris, lanceolatis; ramis ſpinoſis. *Flor. bav. n.* 749.
Habitat in dumetis.

441. Chamaeceraſus. P. fruticoſa; umbellis ſeſſilibus; foliis lanceolatis, obtuſis, ſerratis, glabris.
Chamaeceraſus. LOBEL. *hiſt.* 593.
Ceraſus pumila. *C. B. P. p.* 450. *XII.*
Prunus Ceraſus pumila. ROTH *germ. II. P.* 1. *p.* 539.
Erdweichſel. MAERTER *Verz.*
Habitat in Unterſperg. D. Bar. de Rhelingen.

Obſ. Quaerit Bauhinus, an Plinii Ceraſus macedonica (*a*) ſpecies praeſens ſit; non videtur, ſiquidem Plinius fruticem recte novit, quem nominat: primo, quod tricubitalem dicat, quae ſtatura fere grandiuſcula eſt; dein quod in eo capite de Ceraſo adventitia ſermo ſit, quam Lucullus ex Aſia attulerit, adeoque de culta arbore, et, ut videtur, inſititia in fruticem quendam humilem. Quidquid ſit, Bauhini Ceraſus pumila cum Pruno Ceraſo ſpecie

(*a*) Hiſt. mund. XV. 25.

coniungi nequit, quod Cerasus iusta arbor evadat, etsi cultra in hortis et insititia, quod incrementum minuit; Chamaecerasus sibi relicta sylvestrisque humilis maneat, et fruticose crescat.

ORDO II.

Stylis duobus.

CRATAEGUS.

CAL. superus, quinquefidus. PET. quinque. BACCA disperma.

442. Oxyacantha. C. foliis subtrifidis: laciniis obtusis, serratis. *Flor. bav. n.* 752.

Habitat passim in sepibus, dumetis.

443. Aria. C. foliis ovatis, inaequaliter serratis, subtus albo-tomentosis. *Flor. bav. n.* 751.

Habitat circa Salisburgum non rara; vidi ipse in monte Capucinorum.

ORDO III.

Stylis tribus.

SORBUS.

CAL. superus, quinquefidus. PETALA 5. BACCA trisperma.

444. aucuparia. S. foliis pinnatis, utrinque glabris. *Flor. bav. n.* 754.

Habitat in dumetis montosis ubique.

Obs. Baccae dispermae.

445. domestica. S. foliis pinnatis, subtus tomentosis. *Flor. bav. n.* 755.

Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

ORDO IV.

Stylis quinque.

MESPILUS.

CAL. ſuperus, quinquefidus. PETALA 5. BACCA pentaſperma.

446. Chamaemeſpillus. M. inermis; foliis ovatis, glabris, ſerratis: ſerraturis alternis minoribus; florum faſciculis capitatis; bracteis caducis. *Flor. bav. n.* 757.

Habitat circa Salisburgum; D. de Helmreich. In montibus Abtenavienſibus; D. Iraſeck.

447. Cotoneaſter. M. inermis; foliis ovatis, integerrimis, ſubtus villoſis. *Flor. bav. n.* 758.

Habitat paſſim in monte Capucinorum Salisburgi.

PYRUS.

CAL. ſuperus, quinquefidus. PETALA 5. POMUM quinqueloculare, polyſpermum.

448. Amelanchier. P. inermis; foliis ovatis, obtuſiſſimis, ſerratis, ſubtus lanatis glabreſcentibus; ſtipulis caducis, lanceolatis; petalis ſublinearibus. *Flor. bav. n.* 759.

Habitat in montibus Salisburgenſibus.

449. communis. P. floribus corymboſis; foliis ſerratis, ovato-lanceolatis, glabris. *Flor. bav. n.* 760.

a. P. C. foliis ſubcordatis, utrinque glabris: ſerraturis piloſis; fructibus abbreviato-turbinatis, parvis.

Pyrus ſylveſtris. *C. B. P.* 439.

Habitat in locis ſylveſtribus.

450. Malus. P. foliis ſerratis, ovato-lanceolatis, ſubtus piloſis; florum umbellis ſeſſilibus. *Flor. bav. n.* 761.

Habitat ad Neumarkt, et in valle Cillara.

ORDO V.

Stylis numerosis.

SPIRAEA.

CAL. quinquefidus. PETALA 5. CAPSULAE 5, seu plures: polyspermae.

451. Aruncus. S. foliis decompositis; spicis paniculatis; floribus polygamis. *Flor. bav. n.* 764.
Habitat passim in saxosis sylvaticis.

452. Filipendula. S. foliis simpliciter pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis, serratis; caule herbaceo; floribus cymosis. *Flor. bav. n.* 765.
Habitat in pratis circa Salisburgum. D. de Helmreich.

453. Ulmaria. S. foliis simpliciter pinnatis: foliolo impari maiore, lobato; floribus cymosis. *Flor. bav. n.* 766.
Habitat in ipsis muris circa Salisburgum, et alibi in pratis.

ROSA.

CAL. tubulosus, quinquefidus: tubo ventricoso, maturitate carnoso, coloratoque. PET. 5, laciniis calycis inserta. SEM. numerosa, hispida, parieti interno calycis adnata.

454. canina. R. tubo calycino ovato, pedunculisque glabris; calycibus semipinnatis, villosis; caule erecto, petiolisque aculeatis glabris.
Rosa canina. *Flor. bav. n.* 769.
Habitat in sepibus; ad vias.

455. alpina. R. tubo calycino ovato, glabrescente; pedunculo hispido; caule inermi.
Rosa alpina. *Flor. bav. n.* 773.
Habitat in monte Drathberg.

Obs. In Pyro, Mespilo &. calyx proprie vestit germen, et quum germen in baccam pomumve adoleverit, eius cutem efficit, id est, quod Tournefortius dixit,

Calycem in fructum abire. In Roſa non Botanicus ſed Oeconomus recte dixerit, Calycem in fructum abire; ille enim ſemina praeciſe interno ſuo parieti affixa gerit, ut Capſula Reſedae, ſemina vero ipſa proprie nuda ſunt, ſoloque calyce tecta: hinc ea pars calycis, quae ſub corolla eſt, non recte germen vocatur, ut iam, ni fallor, Celeb. Erhartus obſervavit, ſed praeciſe tubus calycis eſt.

RUBUS.

CAL. inferus, quinquepartitus. PET. 5. BACCA ex baccis minutis monoſpermis compoſita.

456. idaeus. R. foliis quinato-pinnatis ternatisque: ſubtus tomentoſis; caule aculeato; petiolis cannaliculatis. *Flor. bav. n.* 779.
Habitat in ſylvis ſaxoſis.

457. caeſius. R. foliis ternatis: lateralibus foliolis ſaepe bilobis; caule proſtrato, aculeato, tereti. *Flor. bav. n.* 780.
Habitat circa Salisburgum, Teiſendorfium, alibi.

458. ſaxatilis. R. foliis ternatis, acutis, glabris; caulibus herbaceis, reptantibus. *Flor. bav. n.* 782.
Habitat in Drathberg. D. Iraſeck in Bliembach legit.
Obſ. Folia ſubtus leviter piloſa.

FRAGARIA.

CAL. decemfidus, laciniis alternis anguſtioribus. RECEPTACULO poſt antheſin in baccam deciduam abeunte.

459. veſca. F. ſarmentoſa; receptaculo fructus carnoſo. *Flor. bav. n.* 783.
Habitat paſſim in ſylvaticis.

POTENTILLA.

CAL. octo-decemfidus: laciniis alternis anguſtioribus. SEMINA nuda, receptaculo exſucco affixa.

460. anſerina. P. caule ſtolonifero; foliis pinnatis: foliolis ſerratis. *Flor. bav. n.* 785.
Habitat ad viarum publicarum margines paſſim.

461.

461. recta. P. foliis septenatis quinatisque; foliolis oblongis, grosse serratis, utrinque pilosis.
Potentilla recta. *Flor. bav. n.* 787.
Habitat in valle Cillara.

Obs. Caulis rectus ascendensve pro loci conditione, altior humiliorque.

462. argentea. P. foliis quinatis: foliolis cuneatis, incisis, subtus tomentosis; caule erecto. *Flor. bav. n.* 788.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

463. opaca. P. foliis stipulae amplexicauli insidentibus: radicalibus septenatis quinatisque, caulinis quinatis, ternatis solitariisque: summis suboppositis; caulibus decumbentibus. *Cent. Bot. Anm.* §. 51.
Potentilla opaca. *Flor bav. n.* 790.
Potentilla dubia. Moench. *hass. n.* 433.
Habitat passim in Abtenavia et valle Cillara.
Obs. Non est Potentilla opaca Krockeri.

464. hirta. P. foliis radicalibus septenatis quinatisque, cuneiformi-sublinearibus, grosse dentatis, pilosissimis; calycibus villosis; caule erecto hirto.
Potentilla hirta. Lin. *syst. plant. Reich. II. p.* 543. *n.* 14.
Habitat in valle Cillara.

Obs. Simillima priori, ut fere varietas; sed caule erecto, et tota planta pilosissima, calycibus adeo villosis differt; foliola proportione multo angustiora, marginibus magis parallelis, nec ita in cunei formam convergentibus.

465. salisburgensis. P. foliis hirsutis: radicalibus quinatis, inciso-serratis, obtusis; caulinis ternatis; caule ascendente, debili, compresso, paucifloro; foliolis caulinis subdentatis. Haenke *coll. Iacqu. II.* 68.
Potentilla opaca. Krocker *silef. II. n.* 800. *Tab.* 12.
Habitat rarissima, nec a me unquam visa, planta teste inventore Celeb. Haenke in alpibus Karrthal et Frosnitz.

466. cluſiana. P. foliis quinatis, caulinis ternatis: omnibus apice dentatis, margine ſericeo-ciliatis; caulibus procumbentibus multifloris; receptaculo villoſo.
Potentilla cluſiana. *Flor. bav. n.* 791.

Habitat in valle Cillara; in Windsfeld Lungoviae; in Tofern monte; in Rauriſer Goldberg. In Hohenzinken invenit D. Iraſeck.

467. cordata. P. foliis quinatis, obovatis, apice dentatis, ſericeo-marginatis; petalis cordatis, calycem longe ſuperantibus; receptaculo villoſo.
Quinquefolium album Fuchſii. HALLER *opuſc. p.* 257. §§. 46 *et* 49.
Habitat in valle Cillara.

Obſ. Caules plures ex una radice emergunt, tecti ſquamis fuſco-nigricantibus, foliorum emarcidorum reliquiis, unciam plus minus longi, et ipſi radiciformes; hi apice dividuntur in ramos plures, qui cauliculi vulgo ſalutari ſolent, quia ex trunco illo brevi, tanquam e radice multicipiti oriuntur; cauliculi hi leviter decumbunt, vel aſcendunt etiam, ſericeis albent pilis. Ex communi trunco et cauliculis oriuntur folia quinata: foliolis obovatis, ſupra glabris, ſubtus venis principalioribus omnique margine ſericeo ſplendentibus pilis denſe obſiti, apice rotundato, denticulis octo circiter inciſo. Calix viridis: dentibus denſe piloſis, corolla multo brevior. Petala alba, lata, magna, cordata, omnino ut in roſa. Receptaculum leviter villoſum. Filamenta glabra.

Eſt haec omnino ex Hallero adducta ſpecies, quam *Maximum Germanicum Quinquefolium album* nominat; non eſt tamen eadem cum *Potentilla nitida* SCOPOLII (*a*), quam cum *Potentilla alba* LINNAEI, quae et noſtra eſt (*b*), eandem eſſe REICHARDUS (*c*) ſtatuit.

468. cauleſcens. P. foliis inferioribus quinatis obovatis, apice rariter dentatis, margine ſericeo piloſis; petalis parallelogrammis, calycem vix ſuperantibus; germinibus ſtaminibusque villoſis.

(*a*) Carn. II. n. 624.
(*b*) Flor. bav. n. 793.
(*c*) Lin. ſyſt. plant. Reich. II. p. 546. n. 20.

Potentilla cauleſcens. *Flor. bav. n.* 792.
Iacq. *enum. p.* 91. *obſ. n.* 44.
? Scop. *carn. II. n.* 623.

Habitat in valle Cillara. Ad Werfen D. Irafeck invenit.

Obſ. Iacquinius Nosque vetuſtiorem nonnihil plantam deſcripſimus. Habitus huius Potentillae idem ac prioris; cauliculi iuniores longioresque decumbunt, ſeniores eriguntur, brevioresque iam in prima aetate rectiuſculum ſitum adfectant. Differentia quaedam, ſed quae vix ſufficiat, in foliolis occurrit, quae apice regulariter tantum tridentata ſunt, raro dente uno alterove accedente, et ſuprema omnino integerrima, hinc de Scopolino ſynonymo haereo. Multo verior differentia in flore occurrit; et corolla quidem alba, ut prioris, aſt tantillum modo calyce longior eſt; petala non cordata, imo nec ovata quidem video, ſed fere parallelogramma, ſeu latiuſcule linearia, apice ſubtruncato; villus in ſinu floris multo evidentior, quippe non germinibus tantum, ſed etiam ſtaminibus albo villo horrentibus.

Halleri *Fragaria foliis ovatis, apice ſerratis, oris ſericeis, pappo placentae longiſſimo* (*a*) omnino noſtra eſt, nec refert, quod petala cordata dicat, quum addat, ea anguſtiora eſſe: adcurate nempe inſpecta ad apicem non ad lineam rectam truncata ſunt, ſed levi quadam obſoletaque emarginatura in medio exciſa, utrinque in arcum vix perceptibilem rotundantur.

469. grandiflora. P. foliis ternatis, dentatis, utrinque piloſis; caule aſcendente; petalis calyce multo maioribus.

Potentilla grandiflora. Lin. *ſyſt. plant. Reich. II. p.* 548. *n.* 28.
? Potentilla grandiflora. Scop. *carn. II. n.* 606.

Habitat in alpibus Zemae vallis Cillarae.

Obſ. Folia ſubpiloſa dicit Linnaeus, et caulem procumbentem, ſed minus recte: folia ſunt valde piloſa, pilis ſatis longis, qui tamen in neutra pagina virorem auferant; caulis manifeſte aſcendit.

(*a*) Hiſt. 1123.

470. reptans. P. foliis digitatis; caule repente. *Flor. bav. n.* 794.

Habitat ubique in limosis udis.

471. Tormentilla. P. caule suberecto aut prostrato ascendente; foliis digitatis sessilibus. *Flor. bav. n.* 795.

Habitat in herbidis siccis.

COMMARUM.

CAL. decemfidus, corollam superans. PET. 5, lanceolata, acuta. RECEPT. ovatum, fungosum, persistens. SEM. nuda.

472. palustre. C. *Flor. bav. n.* 800.

Habitat ad Mühlbach Pinzgoviae.

Obs. Habitus Potentillae; corolla rubra.

GEUM.

CAL. decemfidus: laciniis alternis angustioribus. SEM. numerosa, geniculato-aristata.

473. urbanum. G. floribus erectis; fructibus globosis: aristis nudis uncinatis; foliis lyratis. *Flor. bav. n.* 796.

Habitat in valle Cillara; alibi.

474. rivale. G. floribus nutantibus; fructibus oblongis: aristis plumosis, contortis. *Flor. bav. n.* 797.

Habitat in udis vallis Cillarae et circa Salisburgum.

475. montanum. G. caule unifloro: flore inclinato; aristis plumosis rectis. *Flor. bav. n.* 798.

Geum montanum. KROCKER *silef. II. n.* 809. *Tab.* 13. pessime coloratum.

Habitat in alpibus Zemae vallis Cillarae, ubi copiosum in Waxegger Bergmaedern, et ad Gerlosstein occurrit, pastoribusque *Petersbart* dicitur: in Schilherhoehe et Windsfeld Lungaviae, in monte Tofern. D. Irafeck in Tennengebirge legit.

476. reptans. G. foliis pinnatis: foliolis incisis: terminalibus tribus confluentibus; caulibus unifloris: flore recto; stolonibus reptantibus.

Geum reptans. LIN. *syst. plant. II. p.* 553.
Caryophyllata alpina tenuifolia incana, flore luteo, longius radicata. BARRELIER *icon.* 400.

Habitat in Brennkogel, monte altissimo eius Taureri, qui a sacro cruore nomen habet.

Obs. Inter foliola, quae pinnas folii proprie efficiunt, alia quaedam minima, vix lineam longa, ovata foliola integerrima, interfita sunt.

DRYAS.

CAL. quinque – decemfidus. PET. 5 – 8. STYLI germinum lateribus affixi. SEM. pilofo-caudata.

477. octopetala. D. petalis octo; foliis simplicibus crenatis. *Flor. bav. n.* 799.

Habitat in Gerlosstein vallis Cillarae, in Windsfeld Lungaviae; et obfervat Ill. Mollius, fruticulum hunc catenae calcareae privum, sibi nunquam in itineribus per alpes graniticas occurrisse. Et assignata duo loca, etsi ipsa in catena granitica sita sint, tamen ipsa calcareae indolis sunt (*a*).

CLASSIS POLYANDRA.

Stamina numerosa libera, receptaculo affixa.

ORDO I.

Stylo unico.

ACTAEA.

CAL. tetraphyllus. PET. 4, obtusa. BACCA.

478. spicata. A. racemo ovato; fructibus baccatis. *Flor. bav. n.* 802.
Habitat in valle Cillara.

(*a*) Hacquet Reis. durch die nor. Alp. p. 35 et 152.

Obſ. Nomen huic generi impoſitum in PLINIO occurrit (*a*), plantaque ab hoc autore deſcripta pro Chriſtophoriana habetur (*b*), quae Actaeae Linnaeanae ſpecies eſt.

CHELIDONIUM.

CAL. diphyllus. PET. 4. SILIQUA linearis.

479. maius. Ch. pedunculis umbellatis. *Flor. bav. n.* 803.
Habitat paſſim in ruderatis et muris antiquis.

Obſ. Chelidonia (ita ſcripſere veteres) caulem habet frondoſum, glauco-viridem, ranunculo ſimilem; flores habet violis albis (Cheirantho Cheiri) ſimiles, ſuccumque flavum, acrem, amarum et foetidum; fructum fert in ſiliquis longis, anguſtis. Haec deſcriptio DIOSCORIDIS eſt (*c*), unde patet eandem plantam, quam nos Chelidonium maius vocamus, fuiſſe Herbam Chelidoniam veterum.

PAPAVER.

CAL. diphyllus. PET. 4. CAPS. unilocularis, ſtigmate lato tecta, et infra illud perforata.

480. Rhoeas. P. capſulis globoſis glabris; caule piloſo, multifloro; foliis pinnatifidis: foliolis inciſis. *Flor. bav. n.* 806.
Habitat inter ſegetes.

NYMPHAEA.

CAL. tetra — pentaphyllus. COR. polypetala, duorum pluriumue ordinum. CAPS. carnoſa, multilocularis, truncata.

481. lutea. N. foliis cordatis, rotundatis, integerrimis; calyce corollam ſuperante, pentaphyllo. *Flor. bav. n.* 808.
Habitat in ſtagnis, lacubus.

482. alba. N. foliis cordatis, rotundatis, integerrimis; calyce quadripartito. *Flor. bav. n.* 809.
Habitat cum priore.

(*a*) Hiſt. mund. XXVII. 7.
(*b*) C. B. P. 183.
(*c*) Lib. II. cap. 171.

TILIA.

CAL. quinquepartitus. PET. 5, apice crenata. CAPS. ficca, globosa: loculis pluribus.

483. europaea. T. foliis cordatis, acuminatis, serratis, subhirsutis; fructibus quadrilocularibus, subhirsutis. *Flor. bav. n.* 810.

Habitat in sepibus circa Salisburgum, et in monte Capucinorum.

CISTUS.

CAL. pentaphyllus: foliolis duobus minoribus. PET. 5. CAPSULA.

484. Helianthemum. C. subfruticosus; stipulis lanceolatis; foliis oppositis, ovatis, subpubescentibus, margine revolutis; foliolis calycis minoribus ovatis.

Cistus Helianthemum. *Flor. bav. n.* 812.

Habitat in siccis; nec editas alpes respuit; legit nempe illum Ill. Mollius etiam in Waxeggerbergmaedern vallis Cillarae; sed alpina planta plerumque magis pubescit.

485 grandiflorus. C. subfruticosus, stipulatus; stipulis lanceolatis; foliis oblongo-ovatis, pubescentibus; foliolis calycinis minoribus linearibus.

Cistus grandiflorus. SCOP. *carn. II. n.* 648.

Habitat in alpibus Salisburgensibus.

Obs. Maior omnibus partibus Helianthemo, ut eum primo intuitu facilius distinguas, quam distinctionis certas notas eruas. Folia tamen revoluta non sunt, et duo illa minora calycis foliola non ovata sed linearia sunt. Flos multo maior, petalo semiunciam Viennensem facile aequante; folia etiam latiora, quam in Helianthemo; revoluta illa quidem dicit Scopoli, quod ego non video, nec stipulas calyce longiores, sed breviores. Verear, ne omnino Cistus grandiflorus, sit mera varietas Helianthemi.

486. canus. C. subfruticosus, exstipulatus; foliis obverse lanceolatis, obtusis, hirsutis; ramis florentibus subnudis, paucifloris; calycibus hirsutie canis.

Cistus canus. SCOP. *carn. II. n.* 647.

Habitat in Gerloswand vallis Cillarae.

Obſ. Rami baſi lignoſa procumbunt fere, dein eriguntur; folia in ramis ſterilibus conferta, in florentibus remotiora, in utrisque oppoſita, abſque ſtipulis comitibus, obverſe ovata lanceolatave, piloſa, margine omni una cum petiolis longis pilis ciliata. In apice ramorum flores pedunculati, 2 – 4, pedunculis vix tres quatuorve lineas excedentibus; calyces valde piloſi, et inde cani; corollae flavae.

487. marifolius. C. ſuffruticoſus, exſtipulatus; foliis oppoſitis, ovatis, villoſis, glabreſcentibus, coriaceis; ramis folioſis, paucifloris; calycibus hirſutie incanis.

Ciſtus marifolius. Lin. *ſyſt. plant Reich. II.* 597. *n.* 20.

Habitat in alpibus Salisburgenſibus.

Obſ. Oculus Ciſtum hunc facilius a C. cano diſtinguit, quam doctrina. Minor eſt, rigidiorque, minusque nudos ramos florigeros gerit. Folia nonnihil variant figura: infima: minuta ſunt, oblongiuſcule ovata; ſuccedunt oblongo-ovata, et demum obovata: omnia hirſuta ſunt pilis longis, unde praeſertim marginis cilia manifeſta ſunt; at glabreſcunt denique, ita tamen, ut ad petiolos cilia perſiſtant. Petioli hi, ut in congeneribus, ita ſemicomplexicaules ſunt, ut quovis petiolorum pari totus caulis circum volvatur. Habitus plantae, ſi flores manu tegas, ſatis bene Teucrium Marum mentitur, niſi quod folia acuta non ſint.

488. alpeſtris. C. ſuffruticoſus, exſtipulatus; foliis oppoſitis, ovatis, ciliatis, margine ſubrevolutis; floribus axillaribus, calycibus hirſutie canis.

Ciſtus alpeſtris. Iacquin *vindob. p.* 93. *obſ.* 45.
Scop. *carn. II. n.* 645.

Ciſtus oelandicus. Lin. *ſyſt. plant. Reich. II.* 598. *n.* 22.

Habitat in Gerlosſtein vallis Cillarae, et in Windsfeld Lungoviae.

Obſ. Ad hanc praecipue ſpeciem pertinere ſuſpicor Ciſtum, qui Hallero (*a*) *Ciſtus caulibus duris, procumbentibus, foliis coniugatis, ellipticis, ſubhirſutis;*

(*a*) Hiſt. n. 1034.

petiolis confertis unifloris; calycibus tomentoſis, dicitur, tum quod foliis laurinam rigiditatem tribuat, tum quod eum parum ab Helianthemo vulgari differre dicat, cum quo vel in eo etiam convenit, quod folia, quae, quam C. cani, coriacea magis ſunt, marginem paululum revolutum gerant. Rami praeterea, qua herbacei ſunt, foliis denſiuſcule veſtiuntur, et ex ipſa horum foliorum coma circa apicem ramuli florigeri breves emergunt, apice pedunculos quosdam unifloros, breves, velut ex umbella gerentes. Corollae flavae; foliorum petioli ciliati.

ORDO II.

Stylis tribus aut quinque.

ACONITUM.

CAL. corollae adglutinatus, pentaphyllus, coloratus: foliolo ſupremo galeaeformi. STAM. filamentorum duo caudata: caudis erectis, apice convolutis.

489. Napellus. A. caule ſimpliciſſimo; racemo florum brevi, compacto, ſerius ad baſin ramoſo; galea humili, breviter roſtrata; foliis digitato-quinquepartitis: ſegmentis anguſtis, lineari-lanceolatis, laciniatis.

Aconitum Napellus. KOELLE *acon. p.* 14. cum icone.

Habitat in monte Oſterhorn. D. Iraſeck.

Obſ. Omnium Europaeorum Aconitorum lacinias foliorum habet anguſtiſſimas. Corolla ſaturatiſſime nigro-violacea.

490. tauricum. A. caule ſubſimplici; racemo florum brevi, compacto, ſerius ad baſin ſubramoſo; galea humili, breviter roſtrata: foliis ſubpalmato-quinquepartitis: ſegmentis oblongis, latiuſculis, laciniatis.

Aconitum tauricum. KOELLE *acon. p.* 14.

Habitat in Taurero Raſtadienſi, in Windsfeld, im Rauriſer Goldberg, quibus locis illud Ill. Mollius: item in Taurero Matrayenſi, et qui a ſacro cruore nomen habet, ubi Ill. de WULFEN legerunt.

Obſ. Simile priori; ſed folia conſtanter latiora. Corolla nigro-violacea, magna.

491. neomontanum. A. caule elongato, firmo; racemo florum laxo, inferne ramoſo; galea humili, breviter roſtrata; foliis ſubpalmato quinquepartitis: laciniis latiuſculis, laciniatis.

Aconitum neomontanum. KOELLE *acon. p.* 16.

Aconitum Napellus. *Flor. bav. n.* 816. non ſynonyma.

Aconitum Napellus. KERNER *oek. Pfl. I. Tab.* 52.

Habitat im Tennengebirge Augiae Abbatum. D. Iraſeck. In Bavaria Napellum creſcere ait LINNAEUS (*a*); ſed Bavaricus Napellus praeſens ſpecies eſt, niſi quod ſequentem in montibus Hohenſchwanngavienſibus vidiſſe mihi videor.

Obſ. Flores ſature coerulei, at multo minus quam praecedentium.

492. cernuum. A. caule elongato, ramoſo, baſi decumbente; racemo florum longo, laxo, cernuo; galea humili, breviter roſtrata; foliis digitato-quinquepartitis: ſegmentis linearibus, trifidis.

Aconitum cernuum. KOELLE *acon. p.* 17.

Habitat in Taureroraſtadienſi. D. Bar. DE WULFEN (*b*).

Obſ. Flores dilute coerulei.

493. Cammarum. A. caule ramoſo: ramis patulis; floribus terminalibus, laxe racemoſis; galea fornicata, longiuſcule roſtrata; foliis palmato tri-quinqueve partitis: ſegmentis latiuſculis, tripartitis.

Aconitum Cammarum. KOELLE *acon. p.* 18.
Flor. bav. n. 817.

Habitat in Taureto Raſtadienſi; in Lungavia.

Obſ. Flores dilute coerulei.

494. Lycoctonum. A. foliis palmatis, diviſis, pubeſcentibus; floribus trigynis; galea ſubcompreſſo-cylindrica.

Aconitum Lycoctonum. KOELLE *acon. p.* 24.
Flor. bav. n. 815.

Habitat in alpe Grawand Zemae vallis Cillarae; in Taurero Raſtadienſi; in ſubalpinis et alpinis Salisburgi.

(*a*) Spec. plant. 751. n. 4. (*b*) apud Koelle.

Obſ. Flores lutei. — Adhibetur radix ab alpicolis ad praecavendos dentium dolores, quos ſucco ſuo, ubi putridi fuerint, recreare dicitur; et ob eam rem *Apolloniawurzel* vocatur, quod plebs eam Divam, huic ut malo medeatur, alias invocare ſoleat; monent tamen, ne ſaliva deglutiatur, venenatae huius plantae indolis probe gnari. *Conf.* in eam rem STOERK *de Aconito.*

AQUILEGIA.

CAL. pentaphyllus, coloratus, planus. PET. 5, calyci concoloria, alterna, latere adnata, infundibuliformia, bilabiata.

495. vulgaris. A. petalorum calcaribus recurvis; calycis foliolis ovatis.

Aquilegia vulgaris. *Flor. bav. n.* 819.

Habitat paſſim circa Salisburgum. D. de Helmreich.

ORDO. III.

Stylis pluribus.

HEPATICA.

CAL. triphyllus, a corolla remotus. PET. plura, plurium (2 - 3) ordinum. SEM. nuda, numeroſa.

496. nobilis. H. foliis trilobatis: lobis integerrimis. *Flor. bav. n.* 820.

Habitat paſſim in ſylveſtribus ſaxoſis; in valle Cillara rarius occurrit, frequentiſſima vero in Pramberg prope Neumarkt.

ANEMONE.

CAL. o. PETALA plura, plurium (2 - 3) ordinum. SEM. nuda, numeroſa.

*

497. vernalis. A. uniflora; foliis radicalibus ſimpliciter pinnatis. *Flor. bav. n.* 824.

Habitat in Gerloswand vallis Cillarae.

Obſ. Monuit Ill. Mollius, florem in quodam floreſcentiae ſtadio nutare, quod et nos Maio menſe 1790. ad Aventium Bavariae vidimus; hinc flos erectus non eſt certus character. Folia radicalia pinnata, pinnis obtuſis, inciſis; caulina, ſeu quae involucra Linnaei ſunt, ut in familia.

* *

498. alpina. A. foliis caulinis ternis, connatis, tercompoſitis, multifidis; feminibus villoſis, caudatis. *Naturh. Brief. II.* 235. *n.* 230.

Habitat paſſim in alpibus editioribus.

Obſ. Corolla ochroleuca. Miror Scopolium, qui (*a*) ſemina caudata negat. — Semina nuda in charactere generico Anemones non opponuntur piloſis, ſed iis, quae capſulis in clauſa ſunt.

499. burſeriana. A. foliis caulinis ternis, connatis, ternatis, pinnatifidis, inciſis, baſi communi villoſa; feminibus hirſutis, caudatis; caudis apice glabris rectisque; caule unifloro.

Anemone burſeriana. Scop. *carn. II. n.* 664.

Habitat rariſſima planta in alpibus Zemae vallis Cillarae.

Obſ. Ego, ſiquando Pulſatillae ab Anemones genere ſeparandae, et in proprium genus coniungendae eſſent, hanc ſpeciem illis natura iubente adſociandam eſſe ſtatuo: nam, etſi in ſicca planta, et qua ob eius raritatem, herbarium defraudandum non eſt, ſectionem curatam inſtituere nequeam, tamen manifeſte petala exteriora cum cortice participare video, utpote quae et paulo ſicciora ſunt internis, et, uti caulis, extus villoſa; quod idem de A. alpina valet. — Flos flavus. Planta magnitudine habituque quodam A. alpinae. Reliqua in diagnoſi dicta ſunt.

* * *

500. fragifera. A. ſcapo unifloro; feminibus lanatis, ecaudatis; foliis ſcapi ternis baſi connatis, diviſis: laciniis lanceolatis; radicalibus triplicato ternatis.

Anemone fragifera. de Wulfen *miſc. Iacqu. II.* 55.

Anemone alpina alba minor. C. B. *prod. p.* 94.

(*a*) Carn. II. n. 662.

Anemone feminibus lanatis: foliis caulinis ternatis: triplicato-trifidis; lobulis lanceolatis, acute trifidis et bifidis. HALLER. *hift. n.* 1151.

Habitat in monte Hohenzinken; D. Irafeck. Floruit menfe Septembri.

Obf. Petala alba, bafi flavicante, quodvis macula irregulari fenfim dilutiori purpurea. Numero ego petala 5 tantum, at Ill. Wulfenio monente occurrunt etiam feptem; non omnia extus hirfutula funt, fed tantum tria exteriora; an ea ex legibus methodi efotericae Calyx dicenda?

501. nemorofa. A. foliis ternis, ternatis, incifis, petiolatis; caule unifloro; feminibus acutis, glabris.
Anemone nemorofa. *Flor. bav. n.* 826.

502. ranunculoides. A. feminibus acutis, glabris; foliis ternis, tripartitis, incifis; petalis fuborbiculatis; caule fubbifloro.
Anemone ranunculoides. *Flor. bav. n.* 827.
Habitat fere cum priore, fed umbram dumetorum magis amat.

503. narciffiflora. A. floribus umbellatis; feminibus nudis, depreffo ovatis. *Flor. bav. n.* 828.
Habitat in montibus Abtenavienfibus.

ATRAGENE.

CAL. tetraphyllus. PETALA 12. SEM. nuda, multa, caudata.

504. alpina. A. foliis duplicato ternatis; foliolis calycinis petaloideis. *Flor. bav. n.* 829.
Habitat in Tux ad Geislerioch, et in Kothahorn.

CLEMATIS.

CAL. 0. PET. 4 (etiam 5 — 6), unius ordinis. SEM. multa, caudata: caudis plumofis.

505. Vitalba. C. foliis pinnatis cauleque fcandentibus; foliolis ovatocordatis, integris, inciffisve. *Flor. bav. n.* 830.
Habitat circa Salisburgum, Laufenam, alibi, paffim inter frutices.

THALICTRUM.

CAL. o. PET. 4 — 5, unius ordinis, caduca. SEM. ecaudata.

506. minus. Th. foliis triplicato-pinnatis: foliolis tripartitis: laciniis trifidis, marginibus coloratis. *Flor. bav. n.* 832.
Habitat in Zem.

507. flavum. Th. caule folioſo, ſulcato; panicula magna erecta; foliis duplicato-pinnatis; foliolis trifidis, acutis. *Flor. bav. n.* 833.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

508. aquilegifolium. Th. foliis triplicato-pinnatis. foliolis obtuſe trilobis; feminibus triquetris. *Flor. bav. n.* 834.
Habitat in Zellberg et Zem vallis Cillarae.

509. anguſtifolium. Th. foliis duplicato-pinnatis: foliolis integris lanceolatis, trifidisque: laciniis lanceolatis integris. *Flor. bav. n.* 835.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

RANUNCULUS.

CAL. pentaphyllus. PET. 5: glandula foveolae unguis immerſa, ſaepe ſquama tecta. SEM. numeroſa, nuda.

*. *Foliis indiviſis.*

510. Ficaria. R. foliis cordatis, obtuſis, petiolatis; caule decumbente; corolla polypetala. *Flor. bav. n.* 838.
Habitat paſſim in riguis.

511. Flammula. R. foliis lanceolatis, petiolatis, ſubdentatis; caule aſcendente. *Flor. bav. n.* 839.
Habitat in pratis humidiuſculis.

512. Lingua. R. caule fiſtuloſo erecto: foliis oblongo-lanceolatis, ſeſſilibus. *Flor. bav. n.* 840.
Habitat in paludibus ad Mitterfill. D. Iraſeck.

Obſ. Ramoſus evadit; hinc ex foliorum axillis ſaepe prodeunt folia duo, ad emergentem ramum pertinentia, unde in herbariis planta foliis ternatis ſubinde conſpicitur.

513. Thora. R. foliis inferioribus dilatato-reniformibus, acute crenatis apiceque subtrilobatis; superioribus trifidis, sessilibus; floralibus lanceolatis, integerrimis; caule subbifloro.

Ranunculus Thora. Lin. *syst. plant. Reich. II.* 656. *n.* 11.

Habitat in alpibus Salisburgensibus; rarior.

Obs. Caulis uniflorus, biflorusque. Folia inferiora petiolata reniformia, multo latiora quam longa, seu rotundata ita, ut arcus in medio deliquescat, lateribus acute crenatis, sed in apice lobato-incisa, ita ut lobi rotundati tres quatuorve emergant; paulo magis superiora trifida sunt, laciniis acutis, fere integris; demum magis superiora si adsint, lanceolata integerrima sunt. Corolla flava, petalis rotundatis, ut in aliis ranunculis, quod observo, ne quis definitione Linnaei in editione Reichardiana decipiatur, ubi *Floribus lanceolatis* pro *floralibus* (nempe foliis) *lanceolatis* errore typographi positum est.

**. *Foliis divisis.*

514. auricomus. R. foliis radicalibus reniformibuss, subquinquefidis: laciniis incisis; caulinis sessilibus, subseptenatis: foliolis sublinearibus; seminibus pilosis.

Ranunculus auricomus. *Flor. bav. n.* 841.

Habitat in alpibus Zemae.

515. sceleratas. R. foliis inferioribus tripartitis, incisis; superioribus digitatis; calyce reflexo; fructuum capitulis ovatis. *Flor. bav. n.* 842.

Habitat in paludosis.

Obs. Flos minimus omnium nostratium ranunculorum.

516 aconitifolius. R. foliis omnibus quinatis: foliolis lanceolatis, incisis, serratis. *Flor. bav. n.* 843.

Habitat ad Neumarkt in der Mooswiese.

Obs. Flos albus.

517. platanifolius. R. foliis palmatis, quinquefidis: laciniis incisis, glabris; foliis ad pedunculorum bases linearibus. *Flor. bav. n.* 844.

Habitat ad alpem Waxegg in Zem vallis Cillarae.

Obſ. Flos albus, maior, quam in priore, et folia non usque ad petiolum ſecta.

518. rutaefolius. R. caule unifloro ſimpliciſſimo, paucifolio; foliis ſupradecompoſitis; radice tuberoſa.

Ranunculus rutaefolius. LIN. *ſyſt. plant. Reich. II.* 660. *n.* 21.

Ranunculus caule unifloro, foliis imbricatis pinnatis: pinnis lobatis: lobis obtuſe palmatis. HALLER. *hiſt. n.* 1165.

Habitat in ſummis alpibus Zemae vallis Cillarae.

Obſ. Unifolium caulem dicit Linnaeus: ego folia duo, tria video, quae hac lege pinnata ſunt: petiolo communi adſident foliolorum tria (duo, unum, prout magis ſuperiora ſunt) paria; foliolum quodvis ternatum, ita ut foliola ſecundaria alterna ſint, quorum quodvis trifidum, inciſum eſt; denique apicem foiii pinnati terminat foliolum impar, trifidum, laciniis fere integris, acutiuſculis. Flos albus.

519. glacialis. R. calycibus hirſute villoſis; caule ſubbifloro; foliis tripartitis: foliolis trifidis: laciniis ſubtrilobatis: lobis ſubacutis.

Ranunculus glacialis. LIN. *ſyſt. plant. Reich. II.* 661. *n.* 22.

Ranunculus glacialis. DE WULFEN *coll. Iacqu. I.* 189. *Tab.* 8. *Tab.* 9. *f.* 1. 2.

Ranunculus foliis pulpoſis, repetito trilobatis, calycibus villoſis. HALLER. *hiſt. n.* 1166.

Ranunculus alpinus coriandri folio, flore albo purpuraſcente. BARRELIER *icon.* 456.

Habitat in alpibus Waxeggerkarr Zemae, ubi, obſervante Ill. Mollio, cum Arenaria biflora et Anthemide alpina finem vegetationis manifeſtae conſtituit; item in Windsfeld Lungaviae; im Rauriſer Goldberg.

Obſ. Flos magnus, albus purpuraſcens, ſaepe totus purpureus, ut Anemone nemoroſa. Eſſentialem characterem conſtituit calyx, qui villo lanuginoſo rufo, qualis fere lanugo Saxifragae Hirculi eſt, extus obtegitur. Flores vidi in eodem caule unum, duos, tresve; planta, ut in tanta altitudine montium eſſe ſolent, humilis, vix uncias duas alta, carnoſula, piloſa.

520. ni-

520. nivalis. R. foliis palmatis: inferioribus petiolatis, ſuperioribus ſeſſilibus, profunde multifidis; caule unifloro. *Flor. bav. n.* 845.
Habitat in alpibus.

Obſ. Flos luteus.

521. alpeſtris. R. foliis radicalibus ſuborbiculatis, profunde trifidis: laciniis trifidis; folio caulino unico, lanceolato; caule unifloro. *Flor. bav. n.* 846.
Habitat in Kothahornkarr vallis Cillarae; in Windsfeld Lungaviae. D. Irafeck in Kleinarl et Tappenkarr legit.

Obſ. Flos albus.

522. acris. R. calycibus patentibus; pedunculis teretibus; foliis tripartitis: foliolis multifidis: ſupremis linearibus; caule multifloro. *Flor. bav. n.* 848.
Habitat in pratis paſſim.

523. polyanthemos. R. calycibus patentibus; pedunculis ſulcatis; caule erecto; foliis multipartitis. *Flor. bav. n.* 849.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

524. repens. R. calycibus patentibus; pedunculis ſulcatis; foliis compoſitis, caule ſtolonifero. *Flor. bav. n.* 850.
Habitat in arvis.

Obſ. Specimen vidi, quod ſtolonem florigerum emiſit, foliis omnibus lanceolatis, integerrimis.

525. bulboſus. R. calycibus reflexis; pedunculis angulatis, ſulcatis; foliis compoſitis. *Flor. bav. n.* 851.
Habitat in cultis, hortis agrisque.

526. lanuginoſus. R. calycibus patentibus; petiolis, caule, pedunculis, calycibus hirtis; foliis trifidis, lobatis, crenatis, tomentoſis. *Flor. bav. n.* 852.
Habitat in ſylvis.

527. divaricatus. R. caule nutante; foliis compoſitis, orbiculatis, laciniis capillaribus, divergentibus. *Flor. bav. n.* 859.
Habitat in rivulo ad Mitterdorf vallis Cillarae, et alibi paſſim in aquis pigris.

TROLLIUS.

CAL. o. PET. circiter 14. LAMINAE complures, teretipedunculatae, ſemiſiſculiformes inter petala et ſtamina.

528. europaeus. T. floribus globoſis conniventibus. *Flor. bav. n.* 860.

Habitat in valle Cillara et ad Triebenbacum frequens. D. Irafeck in Teufelshorn invenit.

Obſ. Monticolis flores vocantur *die gelben Schneeballen.*

Trollii vocabulum C. Gesnerus primus in Botanicam induxit, ad hanc ſpeciem denotandam; vox originis germanicae eſt, adhibetur in vulgari ſermone adhuc in quibusdam circumſtantiis *Troll* pro *Klumpe*, habeturque etiam vetus, hodie ubique obſoletum verbum *Trolen*, quod *volvere*, *rotare* ſignificat, diverſum ab illo alio *Trollen*, *ſe averruncare.*

HELLEBORUS.

CAL. fol. 5, plura, ſaepe colorata. PET. 5, plura, parva, tubuloſa. STYLI lateri germinum inſerti.

529. niger. H. caule unifloro, ſubnudo; foliis pedatis. *Flor. bav. n.* 861.

Habitat frequens ubique ad pedem montis Unterſperg.

CALTHA.

CAL. o. PET. 5, ſimplicia. CAPS. plures, uniloculares, futura ſuperiore dehiſcentes, polyſpermae.

530. paluſtris. C. *Flor. bav. n.* 861.

Habitat ad aquas pigras, et rivulos.

ARUM.

SPATHA capuciformis, continens SPADICEM apice rotundatum, ſuſtinentem ſtamina piſtillaque, invicem permiſta, absque corollis. Piſtilla in BACCAS abeunt.

531. maculatum. A. foliis haſtatis integerrimis; ſpadice cylindrico. *Flor. bav. n.* 865.

Habitat ad Neumarkt.

CLASSIS DIDYNAMA.

Stamina quatuor libera, corollae irregulari, monopetalae inserta.

ORDO I.

Semen unicum nudum.

GLOBULARIA.

CAL. COM. imbricatus. CAL. PROP. inferus, tubulosus. RECEPT. paleaceum. COR. infera: labio superiori bifido, inferiori trifido.

532. cordifolia. G. caule subnudo; foliis radicalibus petiolatis, cordato-cuneatis. *Flor. bav. n.* 868.

Habitat frequens in alpibus Heinzenberg vallis Cillarae, et in Zem; item in Grosarl.

Obs. Ill. Mollius in itinere per alpes anno 1785 instituto, nullam huius speciei plantulam in montibus graniticis detegere potuit, quae in montibus calcareis vulgaris prorsus est; legit tamen in montibus Zemae et Heinzenberg schisto quarzoso gneussoque compositis.

533. nudicaulis. G. caule simplici, nudo; foliis integris, obverse lanceolatis. *Flor. bav. n.* 869.

Habitat in Heinzenberg auf der Gerloswand; in Salzgefaell, et Haimhofalpe Praefecturae Abtenau.

Obs. Caulis reipsa non plane nudus: adest semper ligula una, altera, imo quatuor. Nervus medius subinde in emarginatura folii aristam minutam emittit, uti moris est in G. cordifolia.

SCABIOSA.

CAL. COM. polyphyllus. CAL. PROPR. superus, duplex. SEM. coronatum.

534. Succisa. S. floseulis quadrifidis, aequalibus; caule subsimplici; foliis ovato-lanceolatis. *Flor. bav. n.* 870.

Habitat in pratis udis.

535. arvenſis. S. floſculis quadrifidis, radiantibus; foliis pinnatifidis. *Flor. bav. n.* 872.

Habitat ad agrorum limites, vias.

536. ſylvatica. S. floſculis quadrifidis, radiantibus; foliis oblongo-ovatis, ſerratis, indiviſis; caulibus hiſpidis. *Flor. bav. n.* 871.

Habitat in ſylvaticis.

Obſ. Ill. Mollius vidit illam etiam in locis alpeſtribus, e. gr. ſylva ad caſas alpinas Schwemm; hinc etiam varietas quaedam in habitu plantae, nunc ovato-lanceolata ſubintegra, nunc ſubſerrata, nunc ovata latiora, nunc ſinuato-ſerrata, nunc ovata ſerrata gerentis; ſuprema folia continuo integra, et folia calycina interiora ciliata. Haec ille.

537. columbaria. S. floſculis quinquefidis, radiantibus; foliis radicalibus ovatis, crenatis; caulinis pinnatis: foliolis linearibus. *Flor. bav. n.* 873.

Habitat in valle Cillara.

Obſ. Tres invenio varietates in herbario Molliano:

α. S. C. foliis imis oblongis, undique dentatis, ſuperioribus pinnatifidis, laciniis linearibus et plerisque indiviſis. Scop. *carn. II. n.* 140. 1.

β. S. C. foliis imis oblongis, undique dentatis, ſuperioribus pinnatifidis: laciniis lanceolatis inciſis. Scop. *carn. II. n.* 140. 2.

γ. S. C. foliis omnibus oblongis et undique dentatis, ſuperioribus baſi pinnatifidis. Scop. *carn. II. n.* 140. 4. Et huic quidem folia ſuperiora circumſcriptione ovato-lanceolata ſunt.

Datur etiam varietas flore albo (*a*).

Scabioſae vocabulum veteres Latini non habuerunt, ſed Latinitas media introduxit.

DIPSACUS.

Cal. com. polyphyllus. Cal. propr. ſuperus. Receptac. ovatum, paleaceum. Cor. quadrifida.

(*a*) Scopoli loc. cit.

538. ſylveſtris. D. foliis ſeſſilibus, connatis; paleis interfloralibus rectis, floſculos ſuperantibus. *Flor. bav. n.* 875.
Habitat paſſim ad vias.

ORDO II.

Seminibus quatuor, nudis.

AIUGA.

Cor. labio ſuperiore minimo. Stam. labium ſuperius ſuperantia.

539. pyramidalis. A. tetragono-pyramidalis; foliis angulato-inciſis. *Flor. bav. n.* 878.
Habitat ad vias.

540. genevenſis. A. foliis radicalibus lanceolatis integris, ſupra piloſis, ſubtus tomentoſis; bracteis trilobis; calycibus tomentoſis.
Aiuga genevenſis. *Flor. bav. n.* 879.
Habitat in pratis ſterilibus Guggenberg.

541. reptans. A. caule tereti, baſi ſtolonifero. *Flor. bav. n.* 880.
Habitat in pratis, etiam altorum montium.

Obſ. Aiugae vocabulo non huius generis plantas, ſed Teucrii ſpeciem deſignarunt. Chamaepythys latine Abiga vocatur, ait Plinius (*a*), quam vocem Scribonius Largus, aut eius deſcriptores, Aiuga ſcribunt. Triplicem vero Chamaepythyn habet Dioscorides (*b*), quarum ea, quam quam Plinius hic innuit, eadem eſt, quae hodie Teucrium Chamaepythys dicitur.

TEUCRIUM.

Cor. labii ſuperioris rudimento usque in tubum diviſo: laciniis divergentibus. Stam. ad fiſſuram labii ſuperioris inſerta.

542. Chamaedrys. T. foliis cuneiformi-ovatis, petiolatis, groſſe ſerratis; florum verticillis pedunculatis; caulibus piloſis. *Flor. bav. n.* 885.

(*a*) Hiſt. mund. XXIV. 6. (*b*) Lib. III. c. 169 et 170.

Habitat in Heuberg prope Salisburgum. D. de Helmreich.

543. montanum. T. floribus terminalibus aggregatis; foliis integerrimis, linearibus, ſubtus ex pilo ſericeo albicantibus. *Flor. bav. n.* 886.

Habitat in Tux. In Bliembach invenit D. Iraſeck.

NEPETA.

CAL. ſubquinquefidus, COR. labium inferius crenatum; faux reflexo-marginata. STAM. approximata.

544. Cataria. N. florum ſpicis interruptis, verticillatis; verticillis curte pedunculatis; foliis petiolatis, cordatis, groſſe ſerratis. *Flor. bav. n.* 888.

Habitat circa Salisburgum.

MENTHA.

COR. ſubregularis, tubuloſa, quadrifida: lacinula latiore emarginata. STAM. erecta, divergentia.

545. ſylveſtris. M. ſpicis oblongis; foliis oblongo-lanceolatis, tomentoſis, ſerratis, ſeſſilibus; ſtaminibus corolla longioribus. *Flor. bav. n.* 890.

Habitat paſſim in humidis ſylveſtribus.

546. aquatica. M. floribus verticillatis: verticillis ultimis in capitulum approximatis; foliis ovatis, ſerratis, petiolatis; floribus nudis. *Flor. bav. n.* 892.

Habitat ad aquas paſſim.

547. verticillata. M. florum verticillis denſis, pedunculatis, hiſpidis; foliis ovatis, laxe ſerratis, pubeſcentibus; ſtaminibus corolla longioribus; petiolis verticillo brevioribus. *Flor. bav. n.* 895.

Habitat circa Salisburgum; D. de Helmreich; et in valle Cillara. D. Bar. de Moll.

548. gentilis. M. petiolis verticillorum pedunculatorum longitudine; calycibus ſetoſis; infima corollae lacinia lanceolata; ſtaminibus tubi corollae longitudine. *Flor. bav. n.* 896.

Habitat in valle Cillara.

VERBENA.

CAL. quinquedentatus: dente quinto breviori. COR. ſubregularis, infundibuliformis, incurva. STAM. 2–4. SEM. pro numero ſtaminum.

549. officinalis. V. tetrandra; ſpicis filiformibus, paniculatis; foliis multifido laciniatis; caule ſimplici. *Flor. bav. n.* 897.
Habitat paſſim ad vias.

Obſ. Huic ſpeciei ſimillima, ut vix diſtinguatur, VERBENA *ſupina*, etiam ipſa tetrandra, ſpicasque filiformes gerens, ſed ſimplices, nec paniculatas; folia ſunt; et altitudo plantulae tripollicarem vix excedit; et iſtae quidem notae conſtantes ſunt, unde vera ſpecies ab officinali diverſa.

GLECOMA.

CAL. quinquefidus. COR. labiata. STAM. antherae cruciatae.

550. hederacea. G. foliis reniformibus, crenatis. *Flor. bav. n.* 898.
Habitat paſſim in terra pingui.

LAMIUM.

COR. labio ſuperiore galeato, integro; inferiore bilobo, denticulo plano utrinque.

551. maculatum. L. foliis cordatis, obtuſiuſcule acutis; nervo dorſali galeae furcato; caule ſubrepente. *Naturh. Brief. II.* 243. *n.* 255.
Habitat in dumetis, et ad vias paſſim.

552. album. L. foliis cordatis, exquiſite acutis; nervo dorſali galeae furcato; caule erecto. *Naturh. Brief. II.* 243. *n.* 255.
Habitat in dumetis.

553. purpureum. L. foliis cordatis, obtuſis; nervo galeae ſimplici. *Naturh. Brief. II.* 243. *n.* 256.
Habitat in agris, hortis.

554. amplexicaule. L. foliis ſubverticillaribus ſeſſilibus, amplexicaulibus, obtuſis. *Flor. bav. n.* 902.
Habitat in agris.

POLLICHIA.

CAL. quinquedentatus. COR. labio ſuperiore galeato, apice emarginato; L. inferiore trifido: laciniis lateralibus acute lanceolatis; utrinque ad faucem dente plano.

555. Galeobdolox. P. *Act. erford.* 1781. *n*: 59.
Habitat Salisburgi in monte Capucinorum. D. de Helmreich.

GALEOPSIS.

CAL. quinquedentatus. COR. labio ſuperiore galeato, apice crenato; L. inferiore trifido: laciniis lateralibus ſubrotundatis; utrinque ad faucem dente, ſubtus cavo.

556. Tetrahit. G. floribus calyce duplo longioribus; foliis ovatis, acutis; caule ad genicula nodoſo. *Naturh. Brief. II.* 244. *n.* 257,
Habitat in agris, dumetis.

557. Cannabina. G. floribus calyce quadruplo longioribus; foliis ovatis. *Naturh. Brief. II.* 244. *n.* 258.
Habitat fere cum priori iisdem locis.

Obſ. Galeopſis Veterum, ſi DIOSCORIDEM (*a*) et qui eum, quum de plantis agitur, fere excerpit, PLINIUM (*b*) conſulamus, ad plantarum Lamio ſimilium familiam omnino pertinuit, et ipſa vel Lamii hodierni, vel hodiernae Galeopſidis ſpecies fuit; in eam tamen ſententiam magis inclino, Lamium noſtrum purpureum hoc nomine ab antiquis dictum fuiſſe.

SALVIA.

CAL. bilabiatus. COR. labio ſuperiore galeato, compreſſo, emarginato; L. inferiore trifido. STAM. duo pedunculo laterali corollae inſerta: proceſſu inferiore antherifero aut ſterili.

558. pratenſis. S. foliis oblongo-ovatis: ſuperioribus amplexicaulibus; verticillis ſubnudis; galea glutinoſa. *Flor. bav. n.* 908.
Habitat paſſim in pratis.

(*a*) Lib. IV. 97. (*b*) Hiſt. mund. XXVII. 9.

559, verticillata. S. foliis cordatis, crenatis; floribus in verticillis annuliformibus, subnudis. *Flor. bav. n.* 909.
Habitat ad vias.

560. glutinosa. S. foliis cordato-lanceolatis, serratis, glutinosis. *Flor. bav. n.* 910.
Habitat in valle Cillara ad Cronsperg copiosissime. Mihi in via inter Waging et Salisburgum occurrit. D. Hrasseck. ad Werfen invenit; habitat etiam passim circa Salisburgum locis montosis.

Obs. Salviae species difficilius brevi eaque distincta et clara diagnosi discriminantur, quod multae habitu inter se proxime conveniant. Quod si genus in plures familias dispescueris, facilius species explicabis. Earum familiarum vero character a processu filamentorum desumi potest, unde sequentes quinque, seu quatuor, enascerentur familiae.

A. Processu lamellato, recto. *SS. Horminum, Sclarea, Verbenaca, pratensis, hispanica.*
B. Processu subtereti, recto. *SS. verticillata, coccinea.*
C. Processu sursum flexo, sterili. *Species mihi adhuc nulla occurrit*
D. Processu sursum flexo, antherifero. *SS. glutinosa, officinalis.*
E. Processu horizontali, lamellato. *S. virgata.*

BETONICA.

CAL. quinquedentatus: dentibus aristae-formibus. COR. tubo curvo; labio superiore galeato, inferiore trifido.

561. officinalis. B. spica interrupta; labii inferioris lobo intermedio emarginato, crenato; foliis cordato-lanceolatis, crenatis, obtusis.
Betonica officinalis. *Flor. bav. n.* 911.
Habitat in valle Cillara.

562. alopecuros. B. spica basi foliosa; galea incisa; foliis cordatis, obtusis, crenatis.
Betonica alopecuros. LIN. *spec. plant.* 811. *n.* 3.
Habitat in Taurero Rastadiensi.

STACHYS.

CAL. quinquedentatus: dentibus acutis. COR. labio superiore galeato, inferiore trifido: laciniis lateralibus deorsum flexis; fauce edentula. STAM. deflorata extrorsum versus latera reflexa.

563. sylvatica. S. foliis cordatis, petiolatis, serratis, verticillis aphyllis, spicam interruptam constituentibus. *Flor. bav. n.* 912.
Habitat in udis sylvestribus.

564. alpina. S. verticillis multifloris, pilosissimis floribus villosis; labio inferiore plano; foliis serratis: dentibus apice cartilagineis. *Flor. bav. n.* 914.
Habitat in Ofenlochberg ad Salisburgum. D. de Helmreich.

Obs Differt primo intuitu a St. *germanica*, quod, utut villosa, tamen viridis sit, quum St. germanica suo villo canescat.

565. recta. S. verticillis subsexfloris, foliosis; foliis ovato-lanceolatis, obtuse serratis, supremis sessilibus, calycibus spinosis; caulibus ascendentibus. *Flor. bav. n.* 916.
Habitat passim in monte Capucinorum Salisburgi.

BALLOTA.

CAL. scyphiformis, pentagonus, quinquedentatus, decemstriatus. COR. L. superiore subfornicato; L. inferiore trifido.

566. nigra. B. foliis cordatis, serratis, indivisis; dentibus calycinis subulatis. *Flor. bav. n.* 918.
Habitat in agro Salisburgensi.

MARRUBIUM.

CAL. scyphiformis, decemstriatus, quinque - decemdentatus. COR. L. superiore recto, lineari, bifido; L. inferiore trifido.

567. vulgare. M. dentibus calycinis decem, setaceo-uncinatis. *Flor. bav. n.* 919.
Habitat in valle Cillara.

CLINOPODIUM.

INVOL. multiſetum, ſub verticillis. CAL. bilabiatus: L. ſuperiore tridentato, inferiore bidentato. COR. L. inferiore trifido: lacinia intermedia bifida.

568. vulgare. C. foliis ovatis, obſolete ſerratis; verticillis in capitula coacervatis, hiſpidis; bracteis ſetaceis verticillo brevioribus. *Flor. bav. n.* 921.
Habitat paſſim ad vias cavas.

ORIGANUM.

CAL. ſubirregularis, quinquedentatus, parvus. COR. L. ſuperiore concavo, recto; L. inferiore trifido: laciniis ovatis, integris.

569. vulgare. C. ſpicis coloratis, ſubgloboſis, in paniculas aggregatis; bracteis ovatis, calyce longioribus; ſtaminibus corollam ſuperantibus. *Flor. bav. n.* 922.
Habitat in monte Capucinorum Salisburgi, alibique locis ſaxoſis.

Obſ. Stigma bifidum eſſe, lacinia inferiore reflexa CYRILLUS (*a*).
Quum in Clinopodio et Origano character genericus Linnaeanus ab inflorescentia deſumtus ſit, genera haec Linnaeana ficta ſunt, compoſitaque ex pluribus, in quae iterum dividi debent.

THYMUS.

CAL. bilabiatus: L. ſuperiore tridentato, inferiore biſeto; fauce villis clauſa; ſub ſeminis maturitatem ventricoſo contractus.

570. Serpillum. Th. foliis ovatis, baſi ciliatis; caulibus procumbentibus. *Flor. bav. n.* 923.
Habitat ubique in macris.

571. alpinus. Th. verticillis ſubſexfloris; foliis concavis, ovatis, vix in petiolum decurrentibus; corolla calyce triplo longiore.
Thymus alpinus, *Flor. bav. n.* 924.

(*a*) Comment. XLII.

Habitat in ſubalpinis frequentiſſimus; quanquam etiam in planitiem deſcendit; ita olim Monachii, recentiſſime Salisburgi eum legi.

572. Acinos. Th. verticillis ſubſexfloris; caule erecto; foliis ovato-acutis, in petiolum decurrentibus; corolla calyce duplo longiore.
Thymus Acinos. *Flor. bav. n.* 925.
Habitat in valle Cillara.

MELISSA.

Cal. campanulatus, bilabiatus, ſpatioſus. Cor. bilabiata: L. ſuperiore plano; L. inferiore trifido, obtuſo: lacinia media latiore crenata.

573. Calamintha. M. pedunculis axillaribus, dichotomis, folio fulciente brevioribus. Meliſſa Calamintha. Lin. *ſyſt. plant. Reich. III.* 84. *n.* 3.
Thymus Calamintha. Scop. *carn. II. n.* 733.
Habitat circa Salisburgum; D. de Helmreich; circa Werfen; D. Iraſeck.

PRUNELLA.

Cal. bilabiatus. Cor. bilabiata. Stam. filamenta furcata: anthera denti altiori inſidente.

574. vulgaris. P. foliis omnibus ovatis; corolla calyce duplo longiore. *Naturh. Brief. II.* 246. *n.* 267.
Habitat paſſim in herbidis.
Obſ. Antheras ſpinoſas vidit Cyrillus (*a*).

575. grandiflora. P. Corolla calyce quadruplo longiore; foliis omnibus ovatis, petiolatis. *Naturh. Brief. II.* 246. *n.* 268.
Habitat in montoſis, aridisque locis.

SCUTELLARIA.

Cal. ore integerrimo, poſt corollae lapſum a labio ſuperiore operculiformi tectus.

(*a*) Comment. XIII.

576. galericulata. S. foliis cordato-lanceolatis, crenatis; floribus axillaribus. *Flor. bav. n.* 931.
Habitat in frutetis roridis.

ORDO III.

Seminibus pericarpio tectis.

BARTSIA.

CAL. bilabiatus, emarginatus, coloratus. COR. bilabiata, minus saturate colorata; labio superiore longiore. CAPS. bilocularis.

577. alpina. B. foliis oppositis, cordatis, obtuse serratis. *Flor. bav. n.* 933.
Habitat in alpibus Zemae vallis Cillarae in via ad Scheibenkarrl, prope Schwemm.

RHINANTHUS.

CAL. ventricosus, quadrifidus, compressus. COR. bilabiata. CAPS. obtusa, compressa.

578. Crista galli. Rh. labio corollae superiori compresso, breviori; calycibus glabris. *Flor. bav. n.* 934.
Habitat inter segetes, et Cannabem.

579. Alectorolophos. Rh. labio corollae superiori compresso, breviori; calycibus villosis. *Flor. bav. n.* 935.
Habitat cum priore.

Obs. Ex mente Scopolii Rhinanthus recentiorum est Mimulus Plinii, pro qua voce alii Nummulus legunt (*a*); nescio tamen, quibus argumentis Vir celeb. in eam opinionem descenderit: nam apud PLINIUM (*b*) nihil lego, nisi nomen Mimmuli, et eum ita esse pratensium plantarum pessimam, ut Trifolium optimam, quod certe de Rhinantho dici nullo modo potest.

EUPHRASIA.

CAL. cylindricus, quadrifidus. COR. bilabiata. ANTH. bilobae: lobo altero inferiorum mucrone exiguo.

(*a*) Carn. II. Tom. I. p. 434. (*b*) Hist. mund. XVIII. c. 28.

580. officinalis. E. foliis ovatis, ſtriatis, obtuſis, dentatis. *Flor. bav. n.* 936.

Habitat in pratis, arvis, ad viarum margines.

Obſ. D. Iraſeck ſpecimina attulit macra, foliis fere lineari-lanceolatis, at coetera ſimillima ſpeciei, et certe non diverſa.

581. Odontites. E. foliis anguſte lanceolatis, acutis: omnibus dentatis. *Flor. bav. n.* 937.

Habitat in valle Cillara inter ſegetes.

MELAMPYRUM.

CAL. quadrifidus. COR. ringens: lab. ſuperiore compreſſo, margine revoluto. CAPS. bilocularis, compreſſa: ſutura altera dehiſcens.

582. nemoroſum. M. floribus ſecundis, remotis; foliis floralibus cordatis, dentatis: ſupremis ananthemis (*a*), coloratis; calycibus villoſis. *Flor. bav. n.* 941.

Habitat in nemoroſis circa Salisburgum. D. de Helmreich.

583. pratenſe. M. floribus ſecundis, coniugatis; foliis inferioribus integerrimis, floralibus pinnatifidis. *Flor. bav. n.* 942.

Habitat in valle Cillara.

TOZZIA.

CAL. quadrifidus, brevis, regularis. COR. infundibuliformis, labiata: L. ſuperiori bifido, inferiore trifido. CAPS. calyce involuta, globoſa, unilocularis, monoſperma.

584. alpina. T. *Flor. bav. n.* 945.

Habitat in udis ſuperioris Heinzenberg vallis Cillarae.

Obſ. Capſulam ab Hallero Michelioque adcurate deſcriptam eſſe dicit VILLAR (*b*); ego Michelium non habeo; at HALLERUS (*c*) dubie loquitur.

(*a*) Flores ſinu ſuo nullos continentibus.

(*b*) Flor. delph. p. 63.

(*c*) Hiſt. n. 245.

Id diligenti examine plantae didici, LINNAEUM rem acu tetigiſſe (*a*).

LATHRAEA.

CAL. profunde quadrifidus. COR. bilabiata; glandula complanata ad baſin germinis. STIGM. ſimplex. CAPS. unilocularis.

585. Squammaria. L. caule ſimpliciſſimo; floribus nutantibus; labio inferiore trifido. *Flor. bav. n.* 944.

Habitat in valle Cillara, et circa Neumarkt in nemoroſis.

PEDICULARIS.

CAL. quinquefidus. COR. bilabiata: lab. ſuperiore fornicato; inferiore tripartito. CAPS. bilocularis, polyſperma, apice dehiſcens.

586. paluſtris. P. caule ramoſo; foliis pinnatis: pinnis pinnatifidis: laciniis dentatis; calycibus criſtatis; galea obtuſa.

Pedicularis paluſtris. *Flor. bav. n.* 946.

Habitat in locis paludoſis.

587. roſtrata. P. caule ſubſimplici; galea acute roſtrata; calycibus ſubpiloſis, margine calloſo punctatis.

Pedicularis roſtrata. *Flor. bav. n.* 948.

Pedicularis caule procumbente, ramoſo; floribus roſtratis ſparſis. HALLER *hiſt. n.* 322. *Tab.* 8. *f.* 1.

Habitat paſſim in alpibus.

Obſ. Caulis plerumque ſimpliciſſimus, raro ramo uno alterove; iam baſi procumbit, iam totus erectus eſt. Etiam ſtatura multum variat; in inferioribus alpibus maior plerumque ſemipede, imo pedalis mihi occurrit; at exemplaria, quae Ill. Mollius in ſuperioribus Zemae alpibus, in Waxeggerbergmaedern, et in via ad Breitenkarr, cum Bartſia, ſummarum alpium incola, legit, caulem vix ſeſquiuncialem gerunt.

(*a*) Flor. bav. loc. cit.

588. comoſa. P. caule ſimpliciſſimo; foliis inferioribus duplicato-pinnatis, ſupremis decurrenti-pinnatis; ſpica conferta, folioſa; galea obtuſa, lanata.

Pedicularis comoſa. *Flor. bav. n.* 950.

LIN. *ſyſt. veg. XIV.* 552. *n.* 14.

Pedicularis folioſa. LIN. *ſyſt. plant. Reich.*

Pedicularis flava. *Naturh. Brief. II.* 248. *n.* 277.

Pedicularis comoſa. SCOP. *carn. II. n.* 765.

Pedicularis ſpica folioſa. HALLER. *hiſt. n.* 317. *Tab.* 9. *f.* 2.

Habitat in alpibus vallis Cillarae, aliisque.

589. recutita. P. caule ſimplici; foliis decurrenti-pinnatis: pinnis lanceolatis ſerratis; calycibus coloratis, ſimplicibus; galea obtuſiſſima.

Pedicularis recutita. LIN. *ſyſt. plant. Reich. III.* 117. *n.* 7.

Pedicularis caule ſimplici, foliis pinnatis, floribus ſpicatis, ſtaminibus eminentibus. HALLER. *hiſt. n.* 316. *Tab.* 8. *f.* 2.

Habitat in alpibus Zemae, in Waxeggerbergmaedern; in Tofern prope Gaſtunum.

Obſ. Calyx non criſtatus, nec viridis, ſed obſolete ruber; corolla pariter inamoene rubra. Stamina vegeta intra galeam conduntur, at defloratа emergunt.

590. tuberoſa. P. caule ſimplici, ſubfolioſo; calycibus criſtatis, glabris; galea roſtrata; foliis pinnatis: pinnis pinnato-inciſis, dentatis.

Pedicularis tuberoſa. LIN. *ſyſt. plant. Reich. III.* 120. *n.* 16.

Pedicularis caule ſimplici, floribus ſpicatis, roſtratis, calycibus glabris. HALLER *hiſt. n.* 323. *Tab.* 10.

Habitat in alpibus Zemae vallis Cillarae.

Obſ. Corollae flavae; galea valde roſtrata; calyces laeves, margine varie inciſo; folia piloſa, pauca in caule ſemipedali.

Hinc Pedicularis tuberoſa Florae Bavaricae ſpecies Linnaeana non eſt, ſed vel nova, vel P. canadenſis Syſtematis vegetabilium, quanquam denticulos galeae ſetaceos conſtanter deſidero.

591.

591. verticillata. P. foliis caulinis quaternis: omnibus pinnatis, dentatis; calyce ſimplici; galea obtuſa.
Pedicularis verticillata. Scop. *carn. II. n.* 766.
Pedicularis, foliis pinnatis quaternis, floribus purpureis. Haller *hiſt. n.* 318.
Habitat in Schilherhoehe Lungaviae.

ANTIRRHINUM.

Cal. pentaphyllus. Cor. perſonata, baſi calcarata aut ſtrumoſa. Caps. bilocularis. Stam. baſi corollae inſerta.

592. alpinum. A. foliis linearibus, quaternis; caule diffuſo; floribus racemoſis; calcari recto. *Flor. bav. n.* 955.
Habitat in valle Cillara, ubi frequens in Ramsberg, ad Priedlingkarrl; etiam in valle Schwemm. In montibus Abtenavienſibus legit D. Iraſeck.

593 Linaria. A. foliis lanceolato-linearibus; caule erecto; ſpicis terminalibus; floribus imbricatis; calcari longo. *Flor. bav. n.* 956.
Habitat paſſim.

594. maius. A. corollis ecalcaratis, floribus ſpicato racemoſis; calycum laciniis brevibus, rotundatis. *Flor. bav. n.* 957.
Habitat in antiquis hortorum muris.

595. minus. A. foliis lanceolatis, obtuſis, ſubalternis; caule diffuſo, ramoſiſſimo, calcari brevi, obtuſo. *Flor. bav. n.* 954.
Habitat in agro Salisburgenſi. D. de Helmreich.

Obſ. Simillima huic generi *Lindernia pyxidaria* ab amiciſſimis Duval et Hoppe in inſuliş fluminis Regen prope Ratisbonam ſatis copioſe lecta, eadem, quam Krockerus (*a*) Anagalloidem procumbentem dixit, minusque bene deſcripſit. Differt corolla omnino ecalcarata. labio ſuperiore absque palato, filamentis ipſi fauci corollae inſertis, et forte (nam hoc in ſicca planta indagari non poteſt.), apice bifurcis.

(*a*) Sileſ. II. n. 1001 Tab. 26.

SCROPHULARIA.

CAL. quinquefidus. COR. bilabiata: L. ſuperiore obtuſo, inciſo; L. inferiore breviſſimo, tripartito; fauce patula, globoſo-ventricoſa. CAPS. biloçularis.

596. nodoſa. S. foliis petiolatis, glabris, cordatis; caule quadrangulo ſimplici; angulis hiſpidis. *Flor. bav. n.* 959.

Habitat in humidis ſylvaticis.

597. aquatica. S. foliis petiolatis, cordatis; caule quadrangulo: angulis alatis. *Flor. bav. n.* 960.

Habitat ad foſſarum rivulorumque margines.

Obſ. In hoc genere poros duos gutta mellis repletos vidit Cyrillus. (*a*).

DIGITALIS.

CAL. quinquepartitus. COR. campanulata, ſubregularis. STAM. per paria aproximata. CAPS. unilocularis, bivalvis, polyſperma.

598. ambigua. D. foliis calycinis lanceolatis: corollae laciniis acutis: ſuprema bifida; foliis lanceolatis, ſerratis, amplexicaulibus, ſubtus piloſis. *Flor. bav. n.* 965.

Habitat in valle Cillara, ubi in alnetis copioſa. In Bliembach. legit D. Irafeck.

OROBANCHE.

CAL. diviſus. COR. bilabiata: L. inferiore trifido, ſuperiore fornicato. GLANDULA ad baſin germinis. STIGM. tripartitum.

599 maior. O. caule ſimpliciſſimo, tomentoſo; bracteis lanceolatis. *Flor. bav. n.* 967.

Habitat paſſim in montoſis apricis.

Obſ. Orobanches genus generi Lathraeae affine.

(*a*) Comment. XLII.

CLASSIS TETRADYNAMA.

Staminibus sex, liberis: duobus brevioribus.

COR. *tetrapetala cruciata.* CAL. *tetraphyllus.*

ORDO I.

Fructu: silicula.

LINOSTROPHUM.

SILIC. integrae, stylo conico insidente apici, subglobosae; loculis polyspermis; valvulis concavis. SEM. subrotunda.

600. sativum. L. siliculis obovatis, pedunculatis; foliis lanceolato-sagittatis.
Myagrum sativum. *Flor. bav. n.* 969.
Habitat inter segetes.
Obs. Speciem hanc in Myagri genere remanere non posse, sed proprium constituere, monuit Cel. ERHART (*a*).

MYAGRUM.

SILIC. integrae stylo conico insidente apici, subglobosae, loculis submonospermis; valvulis concavis. SEMINA marginata.

601. paniculatum. M. siliculis bilocularibus, compresso globosis; foliis caulinis sessilibus, sagittatis, hirtis: inferioribus curte petiolatis, ovatis: *Flor. bav. n.* 970.
Habitat inter segetes vallis Cillarae et agri Salisburgensis.

602. saxatile. M. siliculis obovatis, laevibus, subcompressis; caule paniculato; foliis oblongis remote dentatis.
Myagrum saxatile. *Flor. bav. n.* 971.
Thlaspi alpinum maius, capitulis rotundatis. *CB. prod. p.* 49. icon.

(*a*) Beitr. IV. 171.

Habitat in Tennengebirge. D. Irafeck.

Obſ. Vidi varietatem foliis radicalibus profundius inciſis: laciniis rotundatis, fere qualia KROCKERUS in ſua Iberide radicauli (*a*) pingit.

DRABA.

SILIC. integrae, ſubcompreſſae, ſtylo nullo terminatae; valvae ſubplanae, diſſepimento parallelae.

603. verna. D. ſcapis nudis; foliis radicalibus lanceolatis, rariter inciſis. *Flor. bav. n.* 973.
Habitat ubique in macris.

LEPIDIUM.

SILIC. ſubcompreſſa, ſubcordata, emarginata, polyſperma; valvae carinatae; diſſepimento contrario.

604. alpinum. L. ſcapis nudis; foliis radicalibus pinnatis: foliolis integerrimis; corollis calyce maioribus. *Flor. bav. n.* 974.
Habitat in alpibus Salisburgenſibus paſſim. D. Irafeck. Ill. Mollius e Kothahornkarr, et ſummis alpibus Rothenkopf et Waxeggerkarr Zemae, item ex Windsfeld Lungaviae herbario ſuo intulit.

THLASPI.

SILIC. compreſſa, cordata, emarginata, polyſperma; valvis carinatis; diſſepimento contrario.

605. campeſtre. Th. foliis caulinis ſagittato-lanceolatis, ſubciliatis, erectis; caule ſubſimplici, ſubpiloſo; ſiliculis obcordatis, apice compreſſis, ſubpiloſis. *Flor. bav. n.* 978.
Habitat inter vallis Cillarae.

606. Burſa paſtoris. Th. ſiliculis cordatis; foliis radicalibus pinnatifidis, caulinis lanceolato-haſtatis: omnibus dentatis; caule ramoſo.
Thlaſpi burſa paſtoris. *Flor. bav. n.* 981.
Habitat paſſim.

Obſ. Inter Thlaſpi et Lepidium limites non invenio.

(*a*) Sileſ. II. Tab. 31.

BISCUTELLA.

Silic. compreſſa, plana, a diſſepimento contrario in duos orbiculos contracta. Valvae orbiculares. Cal. foliola baſi gibba.

607. laevigata. B. floribus ecalcaratis; ſiliculis ſuborbiculatis, margine interno connatis, glabris. *Flor. bav. n.* 992.
Habitat ad Prindlingkarrl in monte Ramſperg; in Tofern.

ORDO II.

Fructu: ſiliqua.

DENTARIA.

Siliqu. ſubcylindrica, elaſtice diſſiliens, valvis revolutis. Stigm. emarginatum.

608. enneaphyllos. D. foliolis ternis ternatis. *Flor. bav. n.* 994.
Habitat inter Brett et Gheng; in Tennengebirge Abtenaviae; et ad Gerlosſtein vallis Cillarae.

609. bulbifera. D. foliis inferioribus pinnatis, ſuperioribus ſimplicibus; axillis bulbiferis. *Flor. bav. n.* 995.
Habitat im Viehberge ad Salisburgum. D. de Helmreich.

CARDAMINE.

Siliqu. linearis, compreſſo-teres, elaſtice diſſiliens, valvulis revolutis. Stigm. integrum.

610. bellidifolia. C. foliis ſimplicibus, pilis furcatis ciliatis: caulinis ſeſſilibus, lanceolatis; radicalibus ovatis, petiolatis, obſolete dentatis; caule ſimplici. *Flor. bav. n.* 996.
α. C. B. foliis radicalibus ovatis, integerrimis, ad petiolum rite terminatis, glaberrimis.
Cardamine bellidifolia. de Wulfen *miſc. iacqu. I. p.* 148. *Tab.* 17. *f.* 2.
Habitat in Kotbahornkarr vallis Cillarae.

β. C. B. foliis radicalibus lanceolato-ovatis, in petiolum decurrentibus, dentatis.

? an Cardamine petraea. Lin. *ſpec. plant. p.* 913. *n.* 4.

Habitat in Kothahornkarr cum priore.

γ. C. B. foliis radicalibus ſpathulatis, ſubdentatis.

Habitat in alpibus vallis Cillarae.

611. reſedifolia. C. foliis radicalibus ſimplicibus ovatis, pinnatisque; caulinis trifidis pinnatisque.

Cardamine reſedifolia. Gilibert *ſyſt. plant. Lin. III. p.* 123. *n.* 5.

Habitat in Kothahornkarr vallis Cillarae.

Obſ. Radix longiſſima pro ratione exiguae plantulae, perpendicularis, filiformis, attenuata tamen, multiceps. Cauliculi usque ad flores unciam vix multum ſuperant. Folia radicalia pleraque, caulina omnia, pinnata: pinnis unius, duorum, trium parium cum impari, quae fere ad orbicularem figuram accedunt.

612. pratenſis. C. foliis pinnatis: foliolis radicalibus ſuborbiculatis, caulinis lanceolatis. *Flor. bav. n.* 998.

Habitat in pratis udiuſculis; alpes etiam aſcendit, verum tunc minor evadit.

613. hirſuta. C. foliis pinnatis: radicalium foliolis triiugis: extimo ſubrotundo; caulinorum ſubtriiugis; extimo oblongo, inciſo.

Cardamine hirſuta. *Flor. bav. n.* 999.
Scop. *carn. II. n.* 817. *Tab.* 38.

Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

Obſ. Flores in exemplari, quod coram habeo, omnino hexandros video; plantam vero totam glaberrimam. In Bavaricis exemplaribus flores certo tetrandri, et foliola utrorumque foliorum triiuga, quadriiugaque.

614. impatiens. C. foliis pinnatis, ſtipulatis: pinnis inciſis, acutis; floribus apetalis.

Cardamine impatiens. *Flor. bav. n.* 997.

Habitat Salisburgi. D. de Helmreich.

Obſ. In ſpeciminibus auſtriacis petala certe nulla vidi; verum in Salisburgenſibus adſunt omnino pe-

tala, quatuor, alba. Simile quid obſervavit Scopolius (*a*).

615. trifolia. C. foliis ternatis: foliolis ſuborbiculatis; caule ſubnudo. *Flor. bav. II. p.* 194.
Habitat ad Teiſendorf. Ill. Mollius in Kothahornkarr legit.

SISYMBRIUM.

Siliqu. ſubcylindrica, elaſtice diſſiliens, valvis rectis. Cal. et Cor. ſubpatentes.

616. Naſturtium. S. ſiliquis pendulis; foliis pinnatis: foliolis ovatis, lobatis. *Flor. bav. n.* 1000.
Habitat ad aquas puras.

617. ſylveſtre. S. ſiliquis pendulis; foliis pinnatis: foliolis anguſte lanceolatis, remote ſerratis: impari maiore. *Flor. bav. n.* 1001.
Habitat paſſim ruri.

618. paluſtre. S. ſiliquis patentibus; foliis pinnatifidis; corollis calice minoribus. *Flor. bav. n.* 1002.
Habitat ad foſſas.

619. arenoſum. S. caule ramoſo, paucifolio; foliis lyratis: laciniis rectangulis, hiſpidis: ſetis ramoſis. *Flor. bav. n.* 1004.
Habitat in Moenchsberg prope Salisburgum. D. de Helmreich.

ERYSIMUM.

Siliqu. columnaris, exacte tetraaedra. Cal. ſubconnivens. Ad Filamentorum minorum baſes glandulae.

620. officinale. E. ſiliquis erectis, adpreſſis; foliis pinnatis: foliolo extremo maximo, haſtato. *Flor. bav. n.* 1007.
Habitat locis neglectis paſſim.

621. Alliaria. E. foliis orbiculato-cordatis, dentatis. *Flor. bav. n.* 1009.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

(*a*) Carn. II.

622. Barbarea. E. foliis lyratis: foliolo extimo ſuborbiculato. *Flor. bav. n.* 1008.
Habitat in agro Salisburgenſi. D. de Helmreich.

ARABIS.

Siliqu. linearis, longa. Glandulae 4, ſingulae ad ſingulorum petalorum baſes. Stigm. ſimplex.

623. alpina. A. foliis amplexicaulibus, ſubcordatis, groſſe dentatis; radicalibus oblongis, petiolatis.
Arabis alpina. *Flor. bav. n.* 1015.
Habitat paſſim in alpeſtribus.

624. thaliana. A. foliis radicalibus petiolatis, ovato-lanceolatis, obtuſis, integris (aut rariter obſoleteque dentatis); caulinis oblongis, ſeſſilibus. *Flor. bav. n.* 1016.
Habitat in arvis, rupibus alpeſtribus.

Obſ. Planta polymorpha, multum varians hirſutie, ſcabritieque, altitudine nunc maiori nunc minori, foliis nunc latioribus nunc anguſtioribus, nunc magis nunc minus dentatis. Vidi etiam ſpecimen foliis caulinis (radicalia deerant) ſerratis. Ad hanc ſpeciem pertinet etiam Siſymbrium *an indicum* Krockeri (*a*).

625. Halleri. A. foliis radicalibus ovatis, indiviſis; caulinis lyrato-inciſis: ſuperioribus lanceolatis, inciſis integrisque.
Arabis Halleri. *Flor. bav. n.* 1017.
Siſymbrium paluſtre album, foliis imis barbareae, reliquis integris. Haller opuſc. 101.
Sed non
Cardamine ſtolonifera Scopolii (*b*), qui Halleri a nobis adductum Synonymum iconemque cum laude citat.
Habitat in alpeſtribus vallis Cillarae.

Obſ. Cave, nec hanc ſpeciem cum Siſymbrio arenario confundas, quum Linnaei diagnoſis ſpecifica utrique conveniat. S. arenarium habet folia radicalia lyrata, in orbem poſita, terrae incumbentia, et, pro-

(*a*) Siles. II. n. 1071. Tab. 33. (*b*) Carn. II. n. 818.

portione etiam ad plantam maiuſculam habita, plane non parva; A. Halleri habet folia radicalia quidem aeque in orbem poſita, terrae incumbentia, at ovata, minime diviſa, vix dente uno alterove inciſa, ſubinde tamen baſi auricula una, alterave aucta, et, proportione ad plantam habita, parva.

626. coerulea. A. foliis radicalibus obovato-cuneiformibus, acutis, glabris, margine ſuperiori dentatis; racemo paucifloro, nutante. Haenke *coll. iacqu. II.* 56.

Habitat in alpeſtribus Karrthal et Troſniz ſupra Windiſch Mattray.

TURRITIS.

Siliqu. longiſſima, tetragona. Cal. erectus. Cor. erecta. Stam. absque glandulis.

627. glabra. T. foliis radicalibus oblongis, petiolatis, hiſpidis; caulinis amplexicaulibus, glabris, lanceolato-ſagittatis. *Flor. bav. n.* 1019.

Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

628. hirſuta. T. foliis omnibus hiſpidis: caulinis amplexicaulibus. *Flor. bav. n.* 1018.

Habitat in agro Salisburgenſi. D. de Helmreich.

RAPHANUS.

Siliqu. a ſemine maturo toruloſa, aut articulata. Cal. erectus. Glandula inter ſingula ſtamina breviora et germen, alia inter longiora et calycem.

629. Raphaniſtrum. R. ſiliquis ſulcatis, elongatis, multiarticulatis. *Flor. bav. n.* 1024.

Habitat inter ſegetes, in arvis.

CLASSIS MONADELPHA.

Filamentis in tubum connatis germen tegentem, aut solum apice liberis. Flore non papilionaceo.

ORDO I.

Antheris tribus.

IUNIPERUS.

Flores dioici.

♂. Cal. squamae amenti. Cor. 0.

♀. Cal. trifidus. Cor. tripetala. Bacca trisperma.

630. communis. I. foliis ternis, patentibus, obtuse prismaticis, acutis, bacca longioribus.
Iuniperus communis. *Flor. bav. n.* 1027.
Habitat in sylvis acerosis.

ORDO II.

Staminibus demum liberis decem.

GERANIUM.

Flores monogyni, stigmatibus quinque. Fruct. pentaspermus, rostratus. Stam. quaedam subinde castrata.

**. Stamina quinque castrata; Pedunculi multiflori.*

631. cicutarium. G. herbaceum; foliis pinnatis: foliolis multifidis: laciniis incisis; caule procumbente. *Flor. bav. n.* 1035.
Habitat ad vias et in arvis passim.

***. Stamina omnia antherifera; Pedunculi biflori.*

632. sylvaticum. G. foliis subpeltatis, ultra medium quinquefidis, incisis; caule erecto; petalis emarginatis. *Flor. bav. n.* 1036.
Habitat frequens in montosis vallis Cillarae.

633. paluſtre. G. petalis integris, ſubtus trinerviis, baſi villoſis; foliis quinque-ſeptemfidis; laciniis cuneato-lanceolatis, inciſis. *Flor. bav. n.* 1037.

Habitat in valle Cillara. D. Bar. de Moll. Circa Salisburgum. D. de Helmreich.

634. robertianum. G. calycibus decangulis, piloſis; foliis pinnatis ternatisque: foliolis pinnatifidis: laciniis rotundatis, mucronatis. *Flor. bav. n.* 1039.

Habitat in ſaxis umbroſis, muris antiquis.

Obſ. In ſolo calcareo planta ſaepe tota rubra evadit. Quae cauſa phaenomeni?

635. bohemicum. G. petalis vix calyce longioribus, emarginatis; calycibus hirtis, ariſtatis; foliis reniformibus, ſubſeptempartitis: laciniis trifidis.

Geranium bohemicum. *Flor. bav. n.* 1090.

Habitat in valle Cillara.

Obſ. Capſula glabra, ſed roſtrum, uti tota planta, hirſutum ex pilis mollibus. Flores parvi, coerulei; ſtigmata poſt floreſcentiam nigra.

636. columbinum. G. pedunculis bifloris, folia ſuperantibus; foliis orbicularibus, quinque-ſeptempartitis: partibus diviſis, laciniisque linearibus; calycibus ariſtatis; arillis glabriuſculis.

Geranium columbinum. Pollich. *palat. n.* 633.

Habitat in valle Cillara.

Obſ. Arilli, qui roſtrum conſtituunt, proprie glabri non ſunt, ſed pubeſcentes, ita tamen, ut haec pubes non niſi lente vitrea inſigniter augente in conſpectum veniat.

TAMARIX.

Cal. quinquepartitus. Cor. pentapetala. Caps. unilocularis, trivalvis. Sem. pappoſa.

637. germanica. T. floribus decandris. *Flor. bav. n.* 1046.

Habitat paſſim ad Salzam.

ORDO III.

Staminibus demum liberis, numerosis.

MALVA.

CAL. duplex: exterior triphyllus; interior monophyllus, quinquefidus. COR. monopetala, quinquepartita. CAPS. numerosae, monospermae, in orbem positae.

638. rotundifolia. M. caule decumbente; foliis cordato-orbiculatis, leviter quinque – septemlobis, crenatis. *Flor. bav. n.* 1047.
Habitat passim ad vias, sepes, domos.

639. sylvestris. M. caule erecto, herbaceo; foliis quinque – septemlobis: lobis serratis, subacutis; petiolis pedunculisque pilosis; stipulis ovatis, ciliatis. *Flor. bav. n.* 1048.
Habitat passim in rupibus circa Salisburgum. D. de Helmreich.
Obs. Caulis saepe basi procumbit.

PINUS.

FLORES sexu distincti:

♂. AMENTUM. CAL. tetraphyllus. COR. o.

♀. AMENTUM. CAL. squama biflora. COR. o. FRUCT. Strobilus: in ala cuiusvis squamae nuces duae alatae.

640. sylvestris. P. foliis binatis: primoribus solitariis. *Flor. bav. n.* 1050.
Habitat passim in sylvis.
β. *Pumilio*, ramis trunco longioribus, subdecumbentibus. *Flor. bav. II. p.* 230.
Habitat ubique in alpibus.

641. Cembra. P. foliis quinatis. *Flor. bav. n.* 1051.
Habitat non rara in alpibus altioribus; copiosissima in Praefectura Lofer.

642. Larix. P. foliis fasciculatis, deciduis; strobilorum squamis ovatis, laceris. *Flor. bav. n.* 1052.
Habitat vulgaris in alpestribus; copiosissima in praefecturis Werfen et Golling.

643. Abies. P. foliis ſolitariis, apice inciſis; ſtrobilis oblongis. *Flor. bav. n.* 1053.
Habitat in ſylvis vulgaris.

644. Picea. P. foliis ſolitariis, ſubulatis, ſubpungentibus, diſtichis; ſtrobilis oblongis: ſquamis ovatis, margine undatis lacerisque. *Flor. bav. n.* 1054.
Habitat paſſim in ſylvis.

TAXUS.

Flores dioici.

♂. Cal. triphyllus. Cor. 0. Antherae peltatae, multifidae.

♀. Cal. et Cor. ut in ♂. Fruct. bacca monoſperma.

645. baccata. T. foliis diſtichis, approximatis. *Flor. bav. n.* 1055.
Habitat in Abtenavia.

CLASSIS DIADELPHA.

Flores papilionacei.

ORDO I.

Antheris ſex.

FUMARIA.

Bracteae 2 ad baſin floris. Cal. coloratus, transverſus, diphyllus, bilabiatus. L. ſuperiore poſtice in tubum elongato. Pet. 2, cum foliolis calycinis alternantia. Stam. 2, triantherata.

646. bulboſa. F. radice tuberoſa; bracteis lanceolatis. *Flor. bav. n.* 1056.
Habitat circa Neumarkt frequentiſſima; in valle Cillara ſolum in Pomario Büchlae invenitur.

647. officinalis. P. leguminibus monoſpermis; caule diffuſo, ramoſiſſimo, foliis multipartitis: laciniis rotundato-lanceolatis. *Flor. bav. n.* 1058.

Habitat in agris, vallis, locis cultis. In valle Cillara frequens in monte Guggelberg.

Obſ. Characterem genericum mutare debui ob dicta in *Oberdeutſche Beyträge* 1787. de plantarum nectariis.

ORDO II.

Antheris octo.

POLYGALA.

CAL. pentaphyllus: foliolis 2 alaeformibus, coloratis. LEGUM. cordatum, biloculare.

648. vulgaris. P. floribus criſtatis, racemoſis; caule herbaceo, ſimplici, baſi procumbente; foliis omnibus anguſto-lanceolatis. *Flor. bav. n.* 1059.

Habitat paſſim circa Salisburgum, et in valle Cillara.

649. amara. P. floribus criſtatis, racemoſis; caule erectiuſculo; foliis inferioribus maioribus, obovatis. *Flor. bav. n.* 1060.

Habitat in valle Cillara, et alibi paſſim in ſubalpinis; in monte Capucinorum Salisburgi ipſe legi.

Obſ. Plerumque huic ſpeciei flores coerulei, cum priori purpurei; ſed hic character adeo infidus, ut ſaepiſſime fallat: primum enim et prior ſpecies hunc ſaepe colorem in floribus prae ſe fert; dein praeſens floribus etiam rubris albisque occurrit; ſecurior ea nota, quam Cel. IACQUINIUS pro diſcrimine indicat (*a*), amaror nempe ſummus, quem folium vel unum in ore maſticantis excitat; verum ubi planta in uliginoſis creſcit, et hoc ſignum diagnoſticum deficit (*b*); ſed tum ego conſtanter folia infima adeo inſignis magnitudinis vidi, ut tum character in noſtra et Linnaeana diagnoſi datus nullum dubium relinquat.

(*a*) Enum. vind. p. 262. obſ. 60. (*b*) Hoppe Taſchenb. pro 1796. p. 62.

650. Chamaebuxus. P. floribus simplicibus, sparsis; carinae apice rotundato; caule frutescente; foliis oblongo-ovatis. *Flor. bav. n.* 1061.

Habitat frequentissima in Gerlosstein. Amat praeprimis sylvas caeduas subalpestres.

Obs. Polygalae pericarpium habitu externo capsulae Veronicae simillimum, unde facillme P. amara deflorata pro Veronica habitur.

ORDO III.

Antheris decem.

GENISTA.

STAM. monadelpha. CAL. bilabiatus: L. superiore bifido, inferiore trifido. VEXILLUM. oblongum, a pistillo deflexum.

615. tinctoria. G. inermis; foliis lanceolatis, glabris; ramis erectis, teretibus, striatis. *Flor. bav. n.* 1064.

Habitat circa Salisburgum; D. de Helmreich: et Neumarkt. D. Bar. de Moll.

Obs. Glabrities huius plantae non ea est, quae omnem pilositatem excludat: sed quae opponatur pubescentiae Genistae floridae, cuius folia hirsutie albent.

652. anglica. G. ramis floriferis inermibus; ananthemis (*a*) spinosis; foliis lanceolatis; siliquis villosis. *Flor. bav. n.* 1066.

Habitat in sylvaticis circa Salisburgum. D. de Helmreich.

Obs. Genista anglica differt a germanica ut Rhinanthus alectorolophos a Crista galli.

ONONIS.

STAM. monadelpha. CAL. quinquefidus: laciniis angustis. VEXILLUM striatum. LEGUM. sessile, inflatum;

(*a*) Steriles dicit Linnaeus; nempe quia flores non habent.

653. ſpinoſa. O. caule procumbente; foliis ternatis: ſupremis ſimplicibus; ramis ſpinoſis; floribus binatis. *Flor. bav. n.* 1067.

Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

Obſ. Planta naturaliter vere inermis, at vix unquam omnino inermis, praeſertim adultior; flores naturaliter ſemper binatos gerit, verum alter flos ſeriori plantae aetate plerumque abortit, et in ſpinam mutatur; cauſa horum abortuum praepropera ligneſcentia gemmae, ſaepe a laetiore incremento alterius floris cauſata. Hinc in ſolo pingui et valde iuvenis, minus: in ſolo macro aut adulta, magis ſpinoſa. Phaenomenon hoc aliud explicat, quod Cl. Astheimer (*a*) ex Mariotto refert: hic ſub finem Auguſti e Roſae frutice folia, gemmaſque folioſas deiecit omnino, ſolis gemmis floriferis relictis, quae tum anno inſequenti non flores, ſed frontes tulerunt. Sed de plantarum ſpineſcentia dicam alias. Memorabile, in campis Sibiriae ſterilibus et Arabia copioſiſſimas haberi plantas ſpinoſas; nec tamen id mirum. Cave, O. ſpinoſam mitem pro varietate O. arvenſis habeas, quae omni aetate, et in omni ſolo ſpinis caret, quum laxioris texturae ſit.

654. hybrida. O. caule ſubprocumbente foliisque glutinoſis; foliis inferioribus ternatis, floralibus ſimplicibus; ramis inermibus; floribus ſubſolitariis; bracteis ſerratis.

Ononis hybrida. *Flor. bav. n.* 1069.

Habitat in valle Cillara.

Obſ. Unicum exemplar coram habeo, quod ſiccum ut eſt, et ramus, etſi inſignior, tantum plantae: de vera differentia a notis ſpeciebus, ſpeciatim ab O. pubeſcenti, me adeo non convincit, ut in eam ſententiam inclinet magis; Reichardi deſcriptio O. pubeſcentis egregie cum mea planta convenit; eam hic apponam, adiectis intra clauſtra, quae ad rem eſſe iudicavero.

Caulis pedalis, ramoſus, diffuſus, teres (quae omnia ex inſigni ramo, quem coram habeo, facile coniicio), uti tota planta pubeſcentiviſcidus (quod pilorum forma, quae eadem ac in pube Nicotianae ruſticae eſt (quae glan-

(*a*) Phytol. gen. p. 34.

glandulis hypoſtylis conſtat), facile me docet). Ramorum apicibus congeſtis foliis floribusque, qui ſenſim remotiores evadunt. *Folia* inferiora ternata; reliqua ſimplicia, *Foliola* ovata, ſeu ovalia, obtuſa, acute ſerrata. *Stipulae* ovato-lanceolatae, petiolo adnatae, eiusque longitudinis, integerrima (ubi pure foliaceae ſunt; at ubi florem ſimul fulciunt, quo caſu bracteas in definitione dixi, ſerratae evadunt). *Petioli* longitudine foliorum. *Flores* plerique omnes ſolitarii, raro binati). *Pedunculi* axillares, mutici, longitudine petiolorum *Calyces* lanceolati, obtuſiuſculi (ego plane acutos video), longitudine corollae (alarum, at nec carinae, multo minus vexilli).

Reichardus (*a*) ad O. pubeſcentem pro Synonymo O. Moriſſoni ex Gouani Illuſtrationibus adduxit; ſed ea ad meam ſpeciem vix pertinet, quum Gouanus (*b*) ramos horſum vorſum flexos exigat, qui in mea recti ſunt.

Ononida veteres eandem, quam nos, dixere plantam, ut ex Plinio patet, qui et ſpinoſam dicit in ramis, oppoſito ſpinae folio, et aratro ſecari, et frugibus inimicam (*c*), et ſimilem foenugraeco (floribus credo), denique prima aetate mitem eſſe, poſt ver ſpinoſam (*d*), quod in ſolo pingui O. ſpinoſae contingere ſupra diximus.

ANTHYLLIS.

Stam. monadelpha. Cal. ventricoſus. Legum. teres, intra calycem.

655. Vulneraria. A. herbacea; foliis radicalibus ovatis, caulinis pinnatis: foliolis inaequalibus; capitulo florali ex duobus compoſito. *Flor. bav. n.* 1070.

Habitat in alpeſtribus vallis Cillarae paſſim.

β. A. V. ſubacaulis; pedunculo radicato, foliis breviore, ligula unica pinnatifida inſtructo.

Varietatem hanc Ill. Mollius in Gerloswand vallis Cillarae reperit.

(*a*) Lin. ſyſt. plant. III. p. 427. n. 8.
(*b*) Illuſt. p. 47. n. 2.
(*c*) Hiſt. mund. XXI. 16.
(*d*) Hiſt. mund. XXVII. 4.

Obſ. Anthyllidis nomen longe alii plantae, non huius generis, et, ut videtur, nec huius claſſis, impoſuerunt veteres, quod conferenti PLINIUM (*a*), aut, ex quo is deſcripſit, DIOSCORIDEM (*b*) adparet.

OROBUS.

STAM. ſimplex et novemfidum. CAL. ore obliquo, quinquedentato: dentibus duobus ſuperioribus profundius diviſis. STYL. linearis.

656. vernus. O. foliis pinnatis: foliolis ovatis, acutis; ſtipulis ſagittatis, integris; caule ſimplici. *Flor. bav. n.* 1073.
Habitat in monte Capucinorum. D. de Helmreich.

657. niger. O. caule ramoſo; foliis pinnatis: foliolis (ſexiugis) ovatis cum acumine; floribus ſubſecundis. *Flor. bav. n.* 1074.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.
Obſ. Flores exſiccatione nigri evadunt.

LATHYRUS.

STAM. ſimplex et novemfidum. CAL. quinquefidus: laciniis duobus ſuperioribus brevioribus. STYL. compreſſus, ſupra villoſus, apice latior.

658. pratenſis. L. pedunculis multifloris; cirrhis diphyllis: foliolis lanceolatis, nervoſis; cirrhis ſimpliciſſimis; ſtipulis haſtatis. *Flor. bav. n.* 1077.
Habitat paſſim in pratis ſubſylvaticis.

659. ſylveſtris. L. pedunculis multifloris; cirrhis diphyllis: foliolis oblongo-lanceolatis, trinerviis; caule alato. *Flor. bav. n.* 1078.
Habitat in valle Cillara; D. Bar. de Moll. Circa Aigen; D. de Helmreich.

VICIA.

STAM. ſimplex et novemfidum. STIGM. ſub apice barbatum.

(*a*) Hiſt. mund. XXI. 29. (*b*) Lib. 3. c. 147.

660. ſepium. V. pedunculis brevibus, ſubquadrifloris; foliolis ovatis, verſus apicem anguſtatis, rotundatis, mucronatis, verſus cirrhum decreſcentibus. *Flor. bav. n.* 1086.
Habitat in valle Cillara.

661. Cracca. V. pedunculis multifloris, longis; floribus imbricatis; foliolis lanceolatis, piloſis; leguminibus glabris, polyſpermis; ſtipulis integris. *Flor. bav. n.* 1087.
Habitat inter ſegetes.

Obſ. In Flora Bavarica habetur *Blüthenanſaeze* pro *Blattanſaeze*, quod errore calami contigit, quanquam non magno, quum ſtipulae ad alas ſuperiores ſeſſiles etiam ad pedunculum pertineant.

662. ſativa. V. leguminibus ſeſſilibus (1–2), axillaribus, erectis; foliolis apice retuſis cum acumine; ſtipulis dentatis, macula inuſta. *Flor. bav. n.* 1089.
Habitat in arvis, pratis.

Obſ. Flores ſubpedunculati ſunt.

ERVUM.

STAM. ſimplex et novemfidum. CAL. quinquepartitus: laciniis aequalibus, corollae longitudine.

663. tetraſpermum. E. pedunculis ſubbifloris; leguminibus tetraſpermis: ſeminibus globoſis. *Flor. bav. n.* 1091.
Habitat inter ſegetes agri Salisburgenſis.

CYTHISUS.

STAM. ſimplex et novemfidum. CAL. bilabiatus: L. ſuperiore bifido, inferiore trifido. LEGUM. baſi anguſtatum, ſubpedunculatum.

664. Laburnum. C. caule arboreo; racemo florum ſimplici, pendulo; foliolis oblongis, ovatis. *Flor. bav. n.* 1094.
Habitat ad Gaſtunum in der Clam unweit de Laende, D. Bar. de Gemingen.

COLUTEA.

STAM. simplex et novemfidum. CAL. quinquefidus. LEG. aëre inflatum.

665. arboreſcens. C. caule arboreſcenti; foliolis obcordatis. *Flor. bav. n.* 1100.
Habitat ad S. Aegydii (St. Ilgen). D. Iraſeck.

CORONILLA.

STAM. simplex et novemfidum. CAL. bilabiatus: dentibus duobus labii ſuperioris connatis. VEXILLUM alis vix longius. LEGUM. iſthmis interceptum.

666. vària. C. herbacea; caule ramoſo, anguloſo; floribus umbellatis; leguminibus quinquangularibus; foliolis numeroſis, ariſtatis. *Flor. bav. n.* 1103.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

HIPPOCREPIS.

STAM. ſimplex et novemfidum. LEG. falcatum, compreſſum, ſutura altera pluries emarginata.

667. comoſa. H. floribus pedunculatis, umbellatis; leguminibus margine externo ſinuatis. *Flor. bav. n.* 1105.
Habitat in valle Cillara; D. Bar. de Moll. In Bliembach; D. Iraſeck.

HEDYSARUM.

STAM. ſimplex et novemfidum. CARINAE apice oblique truncato. LEG. articulatum: articulis monoſpermis.

668. obſcurum. H. foliis pinnatis; ſtipulis vaginalibus; floribus racemoſis, pendulis; leguminibus glabris.
Hedyſarum obſcurum. LIN. *ſyſt. plant. Reich. III. p.* 511. *n.* 41.
Habitat in Waxeggerbergmaedern Zemae, vallis Cillarae, et in ipſo ſaxo Gerloswand.

Obſ. Vexatiſſimae ſpeciei plures varietates, una cum Hedyſaro alpino, a me olim in Berchtesgadae alpibus lecto, coram habeo, quae ſequentia me docuerunt.

Praeter florum maiorem minoremve numerum, nullum inter utramque ſpeciem intercedit diſcrimen; namque in H. obſcuro caules ſunt vel rectiuſculi, vel baſi procumbentes, vel omnino toti procumbentes ſolis racemis florum aſcendentibus; calyces in utraque ſpecie piloſi, in H. alpino quidem valde, at in quibusdam exemplaribus H. obſcuri non minus, in nullis plane glabri; idem de ſtipulis puta. Altitudo utriusque plantae varia; altior caulis in meis ſpeciminibus H. alpini Bavaricis, quam in Berchtesgadenſibus; in diverſiſſimis ſpeciminibus H. obſcuri non minus varia, a digitis nempe fere tribus ad pedali ampliorem. Quin nec florum numerus multo conſtantior eſt; occurrit enim inter minora ſpecimina H. obſcuri unum, cum reliquis eodem loco lectum, floribus tantum octo in racemo. Reliqua in utraque ſpecie paria, quod iam LINNAEUS (*a*), et REICHARDUS (*b*) obſervarunt. Quod ſi ad vulgarem obſervationem attenderis animum, florum numerum ex ſolo multum variare, quod in frumentaceis graminibus vel colonis notum eſt, et a TILLETIO ad eam Naturae legem refertur, quam Decurtationem vocat (*c*), facile conficies, Hedyſarum obſcurum cum H. alpino in unam ſpeciem confluere debere, praeſertim cum minor florum numerus conſtanter cum caule humiliori coniunctus ſit, quod itidem in frumentaceis obtinet; et eſt memorabile, minora illa, de quibus dixi, ſpecimina, in ipſa rupe Gerloswand ab Ill. Mollio lecta eſſe, uti et ego illa Hedyſari alpini inter nudas rupes Montis Regii olim in Berchtesgada, et dein in calcareo monte Wendelſtein inter rimas illius anguſtiſſimas collegi, plane ut ex lege decurtationis.

PHACA.

STAM. ſimplex et novemfidum. LEG. ſemibiloculare.

669. auſtralis. Ph. caule ramoſo, proſtrato; foliolis lanceolatis; florum alis profunde emarginatis.

Phaca auſtralis. LIN. *ſyſt. plant. Reich. III. p.* 524. *n.* 3.

(*a*) Spec. plant. 1057. n. 36.
(*b*) Loc. cit.
(*c*) Mem. de l'Acad. de Par. 1772.

Aſtragalus caule ramoſo, proſtrato, foliis lanceolatis; florum alis emarginatis. HALLER *hiſt. n.* 403.

Aſtragalus (auſtralis) cauleſcens, proſtratus; corollarum alis bilobis. SCOP. *Magaz. für Botanik. III. p.* 23.

Habitat in Waxeggerbergmaedern vallis Cillarae.

Obſ. Similis Aſtragalo campeſtri; at florum racemus oblongus, floribus patentibus; caulis procerior, proſtratus, ramoſus, folioſus; carina obtuſiſſima, ecaudata; violaceam dicit Hallerus, etiam Scopolius, verum nec ego, nec Ill. Mollius eam niſi apice violaceam vidimus. Alae corollinae, quod ſingulare, in duas ovatas lacinias apice diviſae; coeterum corollae flaveſcentes; calyces hirſuti, at legumina glabra videre mihi videor.

679. alpina. Ph. caule erecto, ramoſiſſimo; foliolis ovatis, pubeſcentibus; leguminibus inflatis, pendulis; floribus erectis, racemoſis.

Phaca alpina. DE WULFEN *miſc. iacqu. II.* 93.

Aſtragalus caule erecto, ramoſiſſimo; foliis ellipticis, hirſutis; ſiliquis veſicariis. HALLER *hiſt. n.* 401.

Habitat in Waxegger Bergmaedern Zemae, vallis Cillarae; item in Rauriſer Goldberg.

Obſ. Linnaei Phacam alpinam non laudavi, ex mente Reichardi cum Planta Halleriana, quam adduximus, omnino eandem. Linnaeus nempe hic cum Homero dormitaſſe videtur. Caulis plantae erectus, firmus, elevato-ſtriatus, hirtus. Folia pinnata, multiiuga cum impari foliolo, foliolis ovatis, ſtipulisque linearibus ſubtus piloſis, margineque ciliatis; ipſe etiam communis petiolus hirtus eſt. Rami axillares, obliqui; pedunculi pariter axillares, floribus racemoſis, pedicellis cum calycibus eiusdem longitudinis, fultis utrinque bractea ciliata lineari; calyces hirſuti; corollae flavae.

Phacos Veterum videtur eadem cum Pſoralea bituminoſa Linnaei fuiſſe, ſi PLINIUM (*a*) conſulamus.

(*a*) Hiſt. mund. XXII. 25.

STAM. ſimplex et novemſidum. LEG. biloculare, gibbum.

671. campeſtris. A. ſcapis radicatis, erectiuſculis, foliorum fere longitudine; germinibus erectis, calycibusque hirſutiſſimis; foliolis lanceolatis.

Phaca campeſtris. LIN. *ſyſt. plant. Reich. III. p.* 537. *n.* 37.

Aſtragalus ſcapis aphyllis, foliis lanceolatis, hirſutis, ſiliquis erectis, inflatis, ſemibilocularibus. HALLER *hiſt. n.* 406.

Aſtragalus campeſtris. DE WULFEN *coll. iacqu. I. p.* 319.

Habitat: alpeſtris tantum planta ſuperioris Germaniae, nec in Helvetia alibi, niſi in alpibus occurrit (*a*); certe Ill. Mollius in alpibus Abtenavienſibus legit; D. HAENKE in alpibus Karrthal et Trosnitz (*b*) invenit; ut adeo nomen triviale minus quadret.

Obſ. Scapus duos, tres pollices altus, hirtus, teretiuſculus, terminatus ſpica ovata. Folia omnia radicalia, ſcapi longitudine, longiora, verum etiam breviora, hirſuta, foliolis ovato-lanceolatis, margine (in ſiccis) revoluto. Calyces valde hirſuti, interſtincti bracteis lanceolatis; corollae luteolae: carina rotundata, apice caudam emittit, et ipſa flava, adſidente utrinque ad caudae quaſi alam macula violacea.

672. alpinus. A. cauleſcens, hirſutus: caulibus procumbentibus; floribus pendulis; leguminibus hirſutis, utrinque acutis.

Aſtragalus alpinus. LIN. *ſyſt. plant. Reich. III. p.* 534. *n.* 27.

Aſtragalus alpinus. DE WULFEN *coll. iacqu. I. p.* 323.

Aſtragalus caule procumbente ramoſo, foliis ovatis, ſiliquis inflatis, hirſutis. HALLER *hiſt. n.* 404.

Habitat in alpinis Zemae, nominatim ꝛc. Waxeggerbergmaedern.

(*a*) Haller loc. cit. (*b*) Iacqu. coll. II. 67.

Obſ. Ego plantam talem video: Radix multiceps; caules folioſi, procumbentes, breves, ipſi vix bipollicares: at ex alis oriuntur rami numeroſi, pedunculiferi, et ipſi iterum ſaepe ramoſi. Folia, uti tota planta, pilis hirta, foliolis lanceolatis, undecim circiter parium cum impari. Floribus in racemum brevem congeſtis, pendulis. Legumina, ut in congeneribus, latere altero introrſum recedente, utrinque acuta, apicem nempe verſus pedunculumque, tota hirſuta. Corollae albae, coeruleo-pictae.

673. montanus. A. ſcapis foliisque radicatis, ſubhirſutis; ſcapis folio ſublongioribus; ſpica florente terminali: floribus ſeſſilibus; leguminibus ovatis, erectis, ſubhirſutis.

Aſtragalus montanus. Lin. *ſyſt. plant. Reich. III. p.* 535. *n.* 30.

Aſtragalus foliis ovato-lanceolatis, ſericeis, ſiliquis rectis, inflatis, ſubhirſutis. Haller *hiſt. n.* 408.

Habitat in Waxeggerbergmaedern.

Obſ. Radix multiceps; folia numeroſa, erecta, longa, caulesque breviſſimos emittit, qui apice ſcapum unum, alterum, terviumve gerunt, longos, aphyllos omnes (vidit tamen Hallerus etiam folioſos); apice ſpicam ferunt florigeram, floribus ſeſſilibus, leguminibusque erectis. Folia pinnata foliolis numeroſis, tactu ſericea (ex pilis incumbentibus), viridia tamen in Zemenſibus plantis; occurrunt tamen, teſte Hallero, quae ex hac pube tota albent.

674. pubeſcens. A. caule erecto; pedunculis axillaribus; floribus curte racemoſis, ſubpendulis; foliolis oblongo-ovatis, piloſis, obtuſis, ſubemarginatis. *Fig.* 7.

Habitat in alpibus Salisburgenſibus.

Obſ. Ex Reichardi deſcriptione pro A. piloſo habui, aut potius eius varietate; at quum domi per otium deſcriptiones iconesque auctorum conferrem, toto coelo differre vidi; nec aliam ſpeciem, ad quam commode referrem, invenio.

Caules palmares, plus minus ramoſi, erecti, glabri. Foliola latiuscula, maiuscula, oblongiuscule ovata, obtuſa, apice retuſa, piloſa, ciliata; ſtipulae acute lanceolatae, virides. Florum pedunculi ex axillis,

ſi racemum demſeris, folii fere longitudine; flores racemoſi, patentes, nutantesve; bracteis anguſto-lanceolatis, margine villoſis; pedicelli breviſſimi. Calyces colorati, apicibus hirſutie ſpadiceis (quod pili, quibus dentes calycini horrent, huius coloris ſunt). Corollae totae flaveſcentes, glabrae. Germen (legumina non vidi) lanceolatum, fere glabrum, legumen utrinque acutum promittens.

675. glycyphyllos. A. caule procumbente; pedunculis folio brevioribus; floribus racemoſis; leguminibus ſubtriquetris; foliolis ovatis. *Flor. bav. n.* 1110.

Habitat in ſylvis frondoſis; in monte Capucinorum circa Salisburgum.

Obſ. Habitu quoddammodo, ſaltem cum deſcribitur, convenit cum A. Cicere, et vidi, qui difficulter ſpeciem diſtinxerat; ſed

A. Cicer.	*A. glycyphyllos.*
Arvenſis;	Sylvaticus;
minor, ad terram depreſſus,	maior, diffuſo-procumbens,
pedunculis erectis;	pedunculis in eodem plano cum caulis parte correſpondente ſitis;
floribus vix infra 18;	floribus vix ultra 10;
leguminibus ſubgloboſis, piloſis;	leguminibus triquetris, glabris;
foliolis lanceolatis, acutis.	foliolis ovatis, rotundatis.

Phacas inter et Aſtragalos limites certos non reperit Scopoli (*a*), quum Aſtragali legumine uniloculari, ut A. Tragacantha: et ſemibiloculari, ut A. montanus, dentur.

MELILOTOS.

Stam. ſimplex et novemfidum. Cal. quinquedentatus: dentibus brevibus, infimo breviſſimo. Leg. calyce fere obſconditum.

(*a*) Magaz. für Bot. III. 20.

676. officinalis. M. leguminibus racemosis, nudis, nutantibus, rugosis, dispermis; caule erecto. *Flor. bav. n.* 1112.

Habitat in agris, pratis.

TRIFOLIUM.

Stam. simplex et novemfidum. Cal. quinquedentatus: dentibus elongatis, infimo longissimo. Leg. calyce fere absconditum.

677. repens. T. caule repente; capitulis umbellatis; leguminibus tetraspermis. *Flor. bav. n.* 1115.

Habitat in pratis, pascuis passim.

678. pratense. T. spicis subvillosis, intra bracteas duas sessiles; floribus monopetalis; caule diffuso; foliolis suborbiculatis. *Flor. bav. n.* 1117.

Habitat passim in pratis. In valle Cillara, teste Ill. Mollio, spontaneum ita luxuriat, ut in agro optime steriorato satum et copia et magnitudine aequet.

579. arvense. T. spicis villosis, ovatis; dentibus calycinis setaceis, aequalibus; foliolis obverse lanceolatis. *Flor. bav. n.* 1120.

Habitat in arvis.

680. montanum. T. spicis ovatis (subtribus); floribus confertis; vexillo lanceolato; calycibus glabris; caule erecto; foliolis ellipticis, serrulatis. *Flor. bav. n.* 1122.

Habitat in valle Cillara.

Obs. Huic et T. repenti flores albi.

681. odoratum. T. capitulis globosis, solitariis, longe pedunculatis; calycibus vix pilosis: dentibus subaequalibus, subulatis; caule erecto; stipulis lanceolatis, subulato-acuminatis. *Flor. bav. II p.* 286.

Habitat ad Mosham Lungoviae. D. de Helmreich.

Obs. Flores albi cum leviſſima inclinatione in rubellum colorem, qui in sicca planta saturatior evadit. Odor amoenus, et ita fortis, ut forte transeuntes attentos reddat, ubi planta paulo copiosor adest, teste Inventore. Reliqua l. c. dicta.

682. ſpadiceum. T. caulibus erectis, paucifloris, apice cum calycibus piloſis; ſpicis ovatis; floribus confertis, ſtrepentibus; calycum dentibus duobus ſuperioribus minutis: vexillo perſiſtente.
Trifolium ſpadiceum. *Flor. bav. n.* 1125.
Habitat in valle Cillara.

Obſ. Flores flavi, poſt defloreſcentiam fuſcoferruginei; caulis calyceſque poſt defloreſcentiam glabreſcunt.

683. agrarium. T. ſpicis globoſis; floribus confertis, ſtrepentibus; vexillis deflexis, perſiſtentibus; ſtipulis cordatis, ciliatis; foliolo impari manifeſte petiolato; caule diffuſo. *Flor. bav. n.* 1123.
Habitat in agris.

Obſ. Dentes calycini ſubaequales.

LOTUS.

STAM. ſimplex et novemfidum. LEG. diſſepimentis imperfectis ſemina diſtinguentibus. SEM. ſubteretia.

684. corniculata. L. capitulis depreſſis; caulibus aſcendentibus leguminibus teretibus, patentibus. *Flor. bav. n.* 1123.
Habitat in pratis, paſcuis.

MEDICAGO.

STAM. ſimplex et novemfidum. CARINA. a vexillo deflexo patens. LEGUM. curvum.

685. falcata. M. floribus racemoſis; calycibus villoſis; leguminibus falcatis, polyſpermis; caule aſcendente; foliolis oblongis, ſerratis. *Flor. bav. n.* 1130.
Habitat paſſim in muris, rupibus.

686. lupulina. M. caule procumbente ſpicis ovatis; leguminibus reniformibus, monoſpermis; foliis ſuborbiculatis, ſerratis. *Flor. bav. n.* 1131.
Habitat in Agris.

Obſ. Ad hanc claſſem ego etiam refero Sophoram Anagyrin etc. etſi ſtamina libra gerant; ſed character claſſis eſt a Corolla, nomen a proprietate, ſpeciebus generibusque priva deſumitur.

CLASSIS POLYADELPHA.

Stamina in plura corpora basi connata.

ORDO I.

Corpora staminum tria.

BRYONIA.

Flores sexu distincti.

♂. Cal. quinquedentatus: dentibus subulatis. Cor. quinquepartita. Stam. 5: 4 per paria connata, quintum liberum.

♀. Cal. et Cor. ut in ♂. Styl. tripartitus. Stigmata emarginata.

687. alba. B. foliis utrinque hispidis, palmato-angulatis; lobo intermedio acutiori, baccis nigris. *Flor. bav. n.* 1132.

Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

ORDO II.

Corpora staminum quinque.

ASCLEPIAS.

Cal. quinquefidus. Cor. limbo quinquepartito; basi corollae columnellam mediam floris sursum vestiente, involuente. Stam. 10, per paria iuncta, et ope pedunculi penduli intra membranam columnarem affixa, divaricata.

688. Vincetoxicum. A. foliis ovatis, acuminatis; caulibus erectis; floribus fasciculatis. *Flor. bav. n.* 1133.

Habitat ad pedem montis Geisberg. D. de Helmreich.

ORDO III.

Multa ſtaminum corpora.

CARPINUS.

Flores ſexu diſtincti.

♂. Amentum. Cal. ſquama amenti uniflora, ciliata. Cor. o. Stam. 10, biantherifera.

♀. Amentum. Cal. ſquama amenti uniflora, villoſa. Cor. calyciformis, ſexfida: laciniis duabus maioribus.

689. Betulus. C. amentorum ſquamis planis. *Flor. bav. n.* 1135.
Habitat paſſim in ſylvis frondoſis.

BERBERIS.

Cal. hexaphyllus. Cor. hexapetala. Stam. 6, ſingula biantherifera.

690. vulgaris. B. floribus racemoſis. *Flor. bav. n.* 1134.
Habitat paſſim in dumetis, ad ſepes viasque.

HYPERICUM.

Cal. quinquefidus. Cor. hexapetala. Stam. numeroſa, ſetacea, baſi varie connata.

691. quadrangulum. H. floribus trigynis caule herbaceo, quadrangulo. *Flor. bav. n.* 1136.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

692. perforatum. H. floribus trigynis; petalis nigro-lineatis punctatisque; caule ancipiti; foliis ovatis, pellucenti-punctatis. *Flor. bav. n.* 1137.
Habitat paſſim in arvis, aggeribus, ſylvis caeduis.

693. humifuſum. H. floribus trigynis, axillaribus, ſolitariis; caule ancipiti, filiformi, diffuſo. *Flor. bav. n.* 1138.
Habitat circa Bruck Pinzgoviae. D. Iraſeck.

694. montanum. H. floribus trigynis; calycibus ſerrato-glanduloſis; caule glabro, tereti; foliis ſeſſilibus, amplexicaulibus, margine nigropunctatis. *Flor. bav. n.* 1139.

Habitat in ſylveſtribus vallis Cillarae; D. Bar. de Moll. Salisburgi in monte Capucinorum ipſe legi.

695. hirſutum. H. floribus trigynis; calycibus ſerrato-glanduloſis; caule erecto; foliis oblongo-ovatis, piloſis. *Flor. bav. n.* 1140.

Habitat in agro Salisburgenſi. D. de Helmreich.

Obſ. Totum genus, quantum mihi notum eſt, in foliis ſuis, ſaltem iuniori aetate manifeſtas, glandulas miliares gerit; hinc folia pellucenti punctata ſe ſolis characterem nullum ſpeciei praeſtant.

Hypericum Veterum cum Linnaeano certe idem eſt, ut ex Dioſcoride (*a*) patet.

(*a*) Lib. III. c. 145.

CLASSIS SYNGENESIA.

Receptaculum communne multifloſculoſum. Antherae in tubum connatae.

Obſervatio.

In hac claſſe, quantum ego hactenus in copioſis generibus, numeroſiſſimisque ſpeciebus obſervavi, nuptiae peraguntur, antequam ſtigmata ex tubo antherarum emergant. Exceptionem ab hac regula adhunc usque diem nullam novi.

ORDO I.

Floſculi omnes hermaphroditi.

**. Flores ſemifloſculoſi.*

TRAGOPOGON.

RECEPT. nudum. SEM. coronatum pappo plumoſo. CAL. ſquamae duorum ordinum, ſubpatentes, floſculorum longitudine aut longiores.

696. pratenſe. T. calyce floris longitudine; foliis integris, erectis. *Flor. bav. n.* 1141.
Habitat in omnibus pratis.

SONCHUS.

RECEPT. nudum. SEM. coronatum pappo ſimplici. CAL. conicus: ſquamis plurium ordinum.

697. oleraceus. S. pedunculis tomentoſis; calycibus glabris; foliis dentatis, flexibilibus, integris, pinnatifidiſve: ſupremis omnino amplexicaulibus. *Flor. bav. n.* 1148.
Habitat in Cultis.

Obſ. Variat foliis integris. et pinnatifidis, et tunc lacinia extima maiori, triangulari.

698. aſper. S. pedunculis tomentoſis; calycibus glabris; foliis dentatis: dentibus rigidis. *Flor. bav. n.* 1149.
Habitat in muris antiquis, rupibus.

699. alpinus. S. pedunculis hiſpidis; floribus racemoſis; foliis pinnatifidis: lacinia extima triangulari, ſerrata, maxima.
Sonchus alpinus. *Flor. bav. n.* 1150.
MATTUSCHKA *ſiles. lat. n.* 727.
LEYSER *hall. n.* 801.
Sonchus canadenſis. LIN. *ſyſt. plant. Reich. III.* 624. *n.* 12.
Hieracium coeruleum. SCOP. *carn II. n.* 976.
Habitat in Tennengebirga; D. Iraſeck, auf den Tofern; D. Bar. de Moll.

Obſ. Vulgatiſſimae alpium Europaearum plantae nomen triviale conſervo, quod conſenſu Botanicorum obtinuit contra mentem Linnaei, qui eo nomine plantam in Lapponiae angulo natam ſalutavit, ab hac forte (nam varietatem credere quis vetet?) diverſam; etſi poſtea (*a*) et locos natales et ſynonyma noſtri Sonchi illi adſcripſerit.

Habitus fere Sonchi oleracei, ſed multo maior, et flores coerulei.

PRENANTHES.

RECEPT. nudum. SEM. pappo ſimplici ſtipitato. SQUAM. calycinae inaequales: ſuperiores erectae, adpreſſae; inferiores fere calyculum conſtituentes.

700. purpurea. P. floſculis quinque in flore; foliis lanceolatis, groſſe dentatis. *Flor. bav. n.* 1155.
Habitat in Heinzenberg vallis Cillarae.

701. muralis. P. floſculis quinque in flore; foliis pinnatifidis: lacinia extima triangulari, trifida. *Flor. bav. n.* 1156.
Habitat in valle Cilltra. D. Bar. de Moll. Ego in via Salisburgo Goldſteinium ducente conſpexi.

TARA-

(*a*) Spec. plant. 1117. n. 7.

TARAXACUM.

RECEPT. nudum. SEM. pappo ſimplici ſtipitato. CAL. ſquamae inaequales: ſuperiores erectae, adpreſſae; inferiores calyculum conſtituentes.

702. vulgare. T. ſquamis calycinis inferioribus reflexis; ſcapo unifloro, fiſtuloſo, nudiſſimo. *Flor. bav. n.* 1157. Hedypnois Taraxacum. SCOP. *carn. II. n.* 957.

Habitat paſſim in ſolo pingui.

HIERACIUM.

RECEPT. nudum. SEM. pappo ſimplici ſeſſili. CAL. cylindricus, ſubovatus: ſquamis erectis, imbricatis.

703. Taraxaci. H. foliis lanceolatis, dentatis, glabris; ſcapo ſubnudo, unifloro, calyce hirſuto. LIN. *ſpec. plant.* 1125. *n.* 2.

Habitat in plerisque alpibus Salisburgenſibus cum Arabi coerulea (*a*).

704. aureum. H. ſcapo uuifloro, ligula foliacea unica; calyce hiſpido; foliis radicalibus runcinatis. *Flor. bav. n.* 1159.

Habitat in alpibus vallis Cillatae; in Tennengebirge; aliisque locis alpinis. Ego in itineribus meis Bavaricis Berchtesgadenſibuſque plantam hanc nullibi celſiorum montium iuga aſcendere vidi; cumque VILLAR (*b*) ei Delphinatus prata alpina frigidiſſima aſſignet, hinc infero, ea prata ultra mediam noſtrarum alpium regionem non multum elevari.

705. alpinum. H. foliis oblongis, integris, lanato-piloſis; calyce villoſiſſimo. *Flor. bav. n.* 1160.
It. bav. p. 12.

Hieracium alpinum. SCOP. *carn. II. n.* 967.

Habitat in Waxeggerbergmaedern. D. Bar. de Moll; in Tennengebirge, D. Irafeck.

Obſ. Caulis iam aphyllus, iam folioſus, iam uniflorus, iam pauciflorus. Planta ſemper villo alba, praeſertim in ſquamis calycis patulis, veſtita.

(*a*) Haenke collect. iacqu. II. p. 60. Mihi planta prorſus ignota. (*b*) Flor. delph. p. 83.

706. Piloſella. H. ſtoloniferum; foliis radicalibus integris, ovatis, piloſis; ſcapo unifloro. *It. Bav. n.* 12.

Habitat in pratis, locisque pratenſibus.

Obſ. Scopolius (*a*) H. Piloſellam cum H. dubio in unam ſpeciem coniungit, verum ego utrumque Hieracium propriam ſpeciem conſtituere iudico, quum utrumque in macris aeque ac pinguibus locis typum ſuum conſtanter ſervent; idem dicendum mihi videtur de diverſitate H. dubii et H. Auriculae, quanquam ſaepe aegre diſcernibilium.

707. murorum. H. caule multifloro; foliis radicalibus ovatis, groſſiuſcule dentatis, ſubdecumbentibus; caulino unico, minori. Hieracium murorum. *Flor. bav. n.* 1164.

Habitat in ſylvis caeduis.

Obſ. Caulis proprie ramoſus non eſt, ſed ſubpaniculatus, id eſt, ramum unum alterumve exſerit florigerum, aphyllum; occurrit tamen etiam caule ſimplici, trifloro, et tum forte aegrius ab H. cymoſo et praemorſo verbis diſtinguitur, re quidem certe differt; et ab H. cymoſo quidem diſtinguitur foliis radicalibus perfecte ovatis, quae nota conſtans eſt (ſiquidem HH. ſylvaticum et maculatum ſeparentur prius), margine dentibus non inciſis, ſed ultra folii circumſcriptionem prodeuntibus, groſſiuſculis, folio vero caulino minori, unico, lanceolato; quum contra H. cymoſo ſemper folia radicalia lanceolata, et, proportione ad longitudinem, ſatis anguſta: folia vero caulina plerumque uno plura ſint. Ab H. praemorſo diſtinguitur inſignori nota, calyce nempe non calyculato, etſi unum alterumve foliolum calycinum ſubinde adſit reliquis brevius.

708. pumilum. H. hirſutum; foliis radicalibus ovatis integris, in petiolum decurrentibus; caule foliorum fere longitudine, unifloro, paucifolio.

? Hieracium pumilum. Lin *ſyſt. plant. Reich. III. p.* 636. *n.* 2.

Habitat in alpibus vallis Cillarae.

(*a*) Carn. II. n. 966.

Obſ. Non eſt Hieracium prunellifolium Gouani (*a*), eo, quod folia omnia ſint integerrima, petiolis dilatatis quidem, at pariter integerrimis; hinc nec Halleri Hieracium foliis ovato-lanceolatis dentatis (*b*), quod ad L. dentatum Linnaei pertinet, quod poſtremum tamen ipſum nunc (*c*) ad H. pumilum ut varietas relatum eſt. Iacquinii floram conſulere non poſſum.

Planta eſt, ſaltem quam coram habeo, vix ſeſquuncialis, tota et undique pilis longis hirſuta, certe tamen ab H. alpino diverſa. Folia radicalia integerrima, obovata, in petiolum decurrentia, qui inde lateſcit, marginibus nullo modo dentatis. Folium in caule unicum, minutum, lineare, ſeſſile. Flos unicus, pro parvitate plantae ſatis magnus. Pappus ut in genere; receptaculum ſine deſtructione in unico, quod ſub manibus eſt, exemplari, indagare non licet.

709. auſtriacum. H. foliis lanceolatis, dentatis, ſagittato-amplexicaulibus; pedunculis axillaribus, unifloris, nudis: bractea unica remota, pluribus ad calycem laxis; calyce villoſo.

Crepis auſtriaca. Iacquin *vindob. p.* 270. *Tab.* 5.

Habitat in alpibus Abtenavienſibus. D. Iraſeck.

710. ſabaudum. H. foliis ovato-lanceolatis, dentatis, ſubſeſſilibus; caule folioſo. *It. Bav. p.* 13.

Habitat in ſylvis vallis Cillarae.

711. cymoſum. H. foliis radicalibus, anguſto-lanceolatis, ſubſeſſilibus; caule ſubnudo, ſubmultifloro; ligulis aliquot linearibus; calycibus nigro-hiſpidis; radice multicipiti.

Hieracium cymoſum. *Flor. bav. n.* 1168.

Habitat in valle Cillara.

Obſ. Quatuor ego varietates in Itinere Bavarico (*d*) deſcripſi, quintam nunc addo.

Radix habitu, qualis Petroſelini, ſed lignoſa, apice multiceps; caule baſi veſtito foliis numeroſis, linearilanceolatis, ita in petiolum decurrentibus, ut hic fere

(*a*) Illuſt p. 57. n. 4. Tab. 22. f. 23.
(*b*) Hiſt. n. 42.
(*c*) Edit. Reich.
(*d*) pag. 6 - 8.

evaneſcat; caules ſubſimplices, ramo nempe unico, ſaepe abortiente, aphylli, ſed veſtiti ligulis aliquot linearibus; rami uniflori, nec ſubumbellati ut caules. Calyx et corolla ut in ſpecie.

712. praemorſum. H. foliis radicalibus ovatis, rariter dentatis; caule ſubaphyllo, ſimplici, floribus terminalibus, parvis, cymoſis; calycibus calyculatis, tomentoſis. *Flor. bav. n.* 1169.

Habitat in agro Salisburgenſi; D. de Helmreich; circa Gaſtunum; D. Bar. de Moll.

713. villoſum. H. villoſum; caule folioſo, ſubſimplici; foliis inferioribus petiolatis, ſuperioribus amplexicaulibus: omnibus lanceolatis.

Hieracium villoſum. *Flor. bav. n.* 1180.
Iacq. *vindob. p.* 271.

Habitat in valle Cillara.

Obſ. Caulis ſpithameo maior, aſcendens, robuſtus tamen, ſubſimplex (nam in ſpecimine, quod in herbario Molliano coram habeo, ramos duos habet) totus, uti tota planta, pilis patentibus, apice globuligeris, hirtus. Folia omnia lanceolata; inferiora magis, reliqua minus, ſuprema plane non petiolata: omnia margine dentibus raris quidem, at latis, ex circumſcriptione folii exſurgentibus. Flos magnus, elegans; calyce patulo, cum altiore iam caulis parte pilis globuliferis nigris hirto.

714. aurantiacum. H. caule ſimplici, paucifolio, piloſo, multifloro; pedunculis unifloris, ſubcorymboſis. *Flor. bav. n.* 1182.

Habitat circa Cederhaus Lungaviae; D. de Helmreich: in monte Tofern, Groſsarlam inter et Gaſtunum. D. Bar. de Moll.

Obſ. Satis aurantio florum colore a conſimilibus diſtincta planta.

LEONTODON.

Recept. nudum. Sem. pappo plumoſo, ſeſſili. Cal. ſubteres: ſquamis erectis, imbricatis.

715. hiſpidum. L. foliis radicalibus decumbentibus, ſinuato-dentatis, hiſpidis; ſcapo ſimplici, unifloro; ſetis trifarcis. *Flor. bav. n.* 1187.
Habitat in valle Cillara.

716. incanum. L. foliis oblongis, integerrimis, dentatis: dentibus brevibus, emergentibus; ſcapo aphyllo, unifloro. *Flor. bav. n.* 1188.
Habitat in valle Cillara.

717. danubiale. L. ſcapo unifloro; foliis pinnatifidis, glabris, calyce glabro. *It. Bav. p.* 15.
Habitat in valle Cillara.

Obſ. Pili quidem ſolitarii longi ſubinde comparent in calyce, at fere herbacei, et qui habitui glabro non officiant.

CREPIS.

Recept. nudum. Sem. pappo ſimplici. Cal. ſubconicus: ſquamis duorum ordinum: interioribus longioribus, exterioribus multo brevioribus.

718. biennis. C. foliis runcinato-pinnatifidis: laciniis baſi ſuperiore dente prominente; foliolis calycinis tomentoſis: nervo medio mollibus aculeis veſtito. *Flor. bav. n.* 1195.
Habitat in pratis.

LAPSANA.

Recept. nudum. Sem. nudum.

719. communis. L. calycibus fructus angulatis; caule ramoſo; foliis ovatis, petiolatis. *Flor. bav. n.* 1196.
Habitat in agris, arvis.

720. foetida. L. foliis pinnatifidis; ſcapis ſimpliciſſimis, unifloris; radice unicipiti. *Flor. bav. n.* 1197.
Lampſana foetida. Scop. *carn. II. n.* 989.
Hyoſeris foetida. Lin. *ſpec. plant.* 1137. *n.* 1.
Habitat in valle Cillara.

Obſ. Lapſanae Linnaeanae genus purum non eſt, e pluribus Vaillantianis generibus conflatum, in quae

fere iterum reſolvi debet, quum Pappus et Receptaculum in plantis ſyngeneſiis conſtantes, fidiſſimos, et omnium optimos characteres praebeant.

HYPOCHAERIS.

Recept. paleaceum. Sem. pappoſum.

721. helvetica. H. caule unifloro; foliis caulinis, ovato-lanceolatis, integris, groſſe dentatis, amplexicaulibus.

Hypochaeris helvetica. de Wulfen *miſc. iacqu. II. p.* 25.

Hieracium caule unifloro, foliis caulinis, ovato-lanceolatis, dentatis, amplexicaulibus. Haller hiſt. *n.* 38.

ergo?

Hypochaeris pontana. Lin. *ſyſt. plant. Rcich. III. p.* 661. *n.*

Hieracium pontanum. Lin. *ſyſt. veget. XIV. p.* 717. *n.* 17.

Habitat in alpinis Zemae, Floiten etc. vallis Cillarae, et ibi teſte Ill. Mollio non rara; circa Gaſtunum legit Ill. de Wulfen.

Obſ. Hallerus grandiuſculam plantam habuit. Caulis ſpithameus altiorque, ſimpliciſſimus, a baſi ad medium folioſus, tum nudus, lente et pededentim florem verſus incraſſatus, ſub flore villo albido villoſus. Flos maximus, quem novi in hac generum familia, ſi Andryalam meam unifloram excipias. Calycina foliola dorſo villis nigris hiſpida; corollulae luteae, quinquedentatae. Folia radicalia oblonga, absque petiolis (petiolata vidit Hallerus), caulina lanceolata, amplexicaulia: omnia lata, ſimillima foliis ſonchi aſperi.

Ego plantam raram, quum Salisburgi eſſem, non propius examinavi, ſed cum Halleri icone inſigniter convenire vidi, et pro mea Andryala uniflora habui, cui ſimillima, quare etiam in fructificationem diligentius inquirere neglexi. Sed domum reverſus et diligentiſſimum Wulfenium paleas receptaculi ſane non parvas adcurate deſcribere vidi, et eas meae Andryalae plane deeſſe, villo brevi earum loco prae-

ſente, ut adeo toto genere differentes plantae habitum plane eundem habeant. Dubitare tum ego, quo planta Cillerana pertineret; dubium ſolvit Ill. Mollius, quem per literas interrogaveram, plantae ſuae flores paleis interſtingui reſcribens.

Quod ad meam Andryalam attinet, ea, ſiquidem, quod ſuſpicor, Hieracium montanum L. eſt; cum vera Andryala ſit, nec ullo modo ſub Hieracii genere militare poſſit, ab eo iterum, meo exemplo, ſeparanda.

CICHORIUM.

RECEPT. nudum. SEM. paleolis coronatum.

722. Intybus. C. floribus geminis ſeſſilibus; foliis runcinatis. *Flor. bav. n.* 1202.

Habitat paſſim ad viarum publicarum margines.

** *Flores tubuloſi, capitati.*

ARCTIUM.

RECEPT. piloſum. SEM. pappo ſimplici. CAL. ſquamae aculeato-hamatae.

723. Lappa. A. foliis cordatis, inermibus, petiolatis. *Flor. bav. n.* 1203.

Habitat ad margines viarum publicarum.

CARDUUS.

RECEPT. ſetoſum. SEM. pappoſum, pappo ſimplici. CAL. ſquamis rectis.

724. defloratus. C. ſquamis calycinis inermibus; foliis decurrentibus, lanceolatis, ſpinoſo-ciliatis; caule paucifloro. *Flor. bav. n.* 1206.

Carduus inermis, foliis ciliatis, ſcapo nudo paucifloro. HALLER *hiſt. n.* 164.

Habitat in valle Cillara.

Obſ. Multum variat haec ſpecies; at varietates omnes in eo conveniunt: 1) caulis ſeu rami longe ſub flore aphylli; 2) folia decurrentia, 3) ſpinis ciliata, plerumque runcinata, et tum laciniis anguloſis, et angulis illis laciniarum ſpinulam paulo fortiorem exſerentibus,

4) floribus solitariis; 5) calycum squamis acutis quidem, imo spinosis, sed spina non pungente.

725. Personata. C. foliis decurrentibus, spinuloso-ciliatis: inferioribus pinnatifidis, superioribus inaequaliter serratis; floribus terminalibus confertis; spinis calycinis tactui cedentibus. *Flor. bav. n.* 1210.

Arctium Personata. Lin. *spec. plant.* 1144. *n.* 2.

Habitat in valle Cillara.

Obs. In Scopolio plantam minime raram desidero; accedit quidem Cirsium carniolicum (*a*), sed folia decurrentia non habet, diversum et alias floribus ochroleucis, et quod Cirsium sit.

CIRSIUM.

Sem. pappo plumoso. Recept. varium.

726. oleraceum. C. foliis pinnatifidis, amplexicaulibus, ciliatis, inermibus. *Flor. bav. n.* 1211.

Cirsium oleraceum. Scopoli *carn. II. n.* 998.

Habitat in pratis humidis ad Neumarkt, Salisburgi, alibi passim.

727. spinosissimum. C. foliis amplexicaulibus, spinosis, sinuato-pinnatis; caule simplici; floribus terminalibus sessilibus, infra suprema folia absconditis. *Flor. bav. n.* 1212.

Cirsium spinosissimum. Scop *carn. II. n.* 1006.

Habitat: in Tennengebirge; D. Iraseck. In Lungaviae monte Windfeld; Ill. Mollius.

728. helenioides. C. foliis amplexicaulibus, lanceolatis, indivisis, ciliatis, basi perfecte cordatis, subtus tomentoso-albis; caule sulcato, subunifloro.

Carduus helenioides. Lin. *syst. plant. edit. Reich. III. p.* 684. *n.* 26.

Cirsium foliis ciliatis, subtus tomentosis, radicalibus petiolatis ovato-lanceolatis, caulinis lanceolatis aut semipinnatis. Haller *hist. n.* 180 *a Tab.* 7.

Habitat in valle Cillara.

Obs. Elegans species, caule quatuor, quinque pedes alto, toto foliis vestito, et tamen fere unifloro; video,

(*a*) Carn. II. n. 1005. Tab. 54.

quidem triflorum: ſed flores duo laterales remotique principali multo minores. Calycis ſquamae non pungunt.

729. paluſtre. C. foliis decurrentibus, anguſtis, ciliatis: laciniis lateralibus prominulis brevibus aculeatis, lacinia terminali longiſſima; calycum ſquamis innocue aculeatis: intimis apice membranaceis inermibus.
Habitat ad vias cavas.

730. lanceolatum. C. foliis decurrentibus, pinnatifidis, ſpinoſis: lacinia terminali lanceolata, lateralibus bifidis: lacinulis divergentibus; capitulis floralibus tomentoſis; caule piloſo. *Flor. bav. n.* 1214.
Cirſium lanceolatum. Scopoli *carn. II. n.* 1007.
Habitat ad vias paſſim.

731. eriophorum. C. foliis ſeſſilibus, pinnatifidis: laciniis alternatim in planis duobus ad invicem inclinatis; calycibus globoſis, ſpinoſis. *Flor. bav. n.* 1217.
Cirſium eriophorum. Scop. *carn. II. n.* 1008.
Habitat in Bliembach; D. Iraſeck.

732. arvenſe. C. caule angulato, ramoſo; foliis ſinuatis, ſpinoſis; calycibus ſubteretibus, inermibus. *Flor. bav. n.* 1213.
Habitat inter ſegetes agri Salisburgenſis.

Obſ. Ne nimis genera adcumularem in non magno ſpecierum numero, olim receptaculum in hoc genere neglexi; ſed quibus maior ſpecierum numerus ad manus eſt, facile, et recte, ex hoc uno genere plura conficient. Receptaculo certe
piloſo ſunt, CC. oleraceum, ſpinoſiſſimum, paluſtre, acaule, tuberoſum;
paleaceo, C. lanceolatum.
nudo, C. arvenſe.

ONOPORDUM.

Recept. foveolis tetragonis exaratum. Sem. tetragona.

733. Acanthium. O. foliis oblongo-ovatis, acutis, runcinatis, utrinque tomentoſis: dentibus dentatis, ſpinoſis; caule alato. *Flor. bav. n.* 1218.
Habitat paſſim ad vias.

CARLINA.

CAL. squamae extimae foliaceae, pinnatae; intimae ligulatae, aridae, strepentes, flosculos ligulatos mentientes.

734. acaulis. C. caule unifloro; foliis pinnatis. *Flor. bav. n.* 1219.
Habitat in valle Cillara.

735. vulgaris. C. foliis infimis pinnatifidis; caulinis lanceolatis, dentatis, spinosis. *Flor. bav. n.* 1220.
Habitat passim ad vias.

***. *Flores discoidei, tubulosi.*

BIDENS.

CAL. imbricatus. SEM. aristis duabus tribusve (etiam quatuor). RECEPT. paleaceum.

736. tripartita. R. foliis tripartitis; calycibus subfoliosis; floribus erectis. *Flor. bav. n.* 1221.
Habitat ad fossas, stagna.

Obs. Essentia generis consistit in feminibus, quae oblonga, striata, aristis duabus, tribus, quatuorve sursum scabris coronantur, quibus corporibus forte admoris adhaerent, adhaerentia alio deportantur disseminanturque, ut perpetuum in Natura Cambium observetur.

CACALIA.

CAL. cylindricus, basi subcalyculatus, pauciflorus. SEM. pappo simplici. RECEPT. nudum.

737. alpina. C. foliis reniformibus, acute dentatis; calycibus subtrifloris. *Naturh. Brief. II.* 272. *n.* 344.
Habitat passim in alpibus.

EUPATORIUM.

CAL. imbricatus, oblongus. STYL. semibifidus. SEM. pappo plumoso. RECEPT. nudum.

738. cannabinum. E. foliis digitatis. *Flor. bav. n.* 1225.
Habitat passim ad ripas aquarum.

ORDO II.

Floſculi radii ſexus diverſi, aut nullius.

*. *Flores eradiati.*

ABSINTHIUM.

RECEPT. piloſum. FLOSC. tubuloſi; FLOSC. RADII feminei, ſubecorollati. CAL. imbricatus.

739. rupeſtre. A. tomentoſum; foliis pinnatis: pinnis tri - quinquepartitis: laciniis linearibus; floribus axillaribus, globoſis, cernuis.

Artemiſia rupeſtris. LIN. *ſyſt. plant. Reich. III.* 741. *n.* 13. nec ſynonyma.

Abſinthium ex alis floridum. foliis anguſtis ſericeis pinnatis, pinnis trifidis et quinquefidis. HALLER *hiſt. n.* 126.

Abſinthium alpinum incanum. *CB. prodr. p.* 71.

Habitat in monte Rothenkopf Zemae vallis Cillarae.

Obſ. Cave, ne rupeſtre hoc Abſinthium cum Artemiſia glaciali confundas, quam Ill. de Wulfen eleganter depinxit; Linnaei quidem definitiones utriusque plantae non valde diſcrepant, at multum plantae ipſae; A. glaciali nempe folia caulina ſunt ſubpalmato tri - ſeu quinquepartita, minus tomentoſa, magis ſericea, flores maxime terminales, pauci (duo - quinque).

ARTEMISIA.

RECEPT. nudum. FLOSC. tubuloſi; FLOSC. RADII feminei, ſubecorollati. CAL. imbricatus.

740. vulgaris. A. foliis ſubtus villoſis, pinnatifidis: laciniis repetito-inciſis; floribus racemoſo-ſpicatis, erectis. *Flor. bav. n.* 1230.

Habitat paſſim ruri.

TANACETUM.

RECEPT. nudum. FLOSC. tubuloſi; FLOSC. RADII trifidi, feminei. CAL. imbricatus.

741. vulgare. T. foliis duplicato-pinnatis, inciſis, ſerratis. Lin. *ſyſt. nat. II.* 541. *n.* 7.
Habitat in Lungovia; D. de Helmreich.

GNAPHALIUM.

Recept. nudum. Flosc. tubuloſi: in diſco hermaphroditi. Sem. pappo ſubſimplici. Cal. imbricatus: ſquamis ſupremis intimis coloratis, rotundatis, ſcarioſis.

742. margaritaceum. G. foliis alternis, oblongo-lanceolatis, acutis, ſubtus cum caule tomentoſis; corymbo compoſito. *Flor. bav. n.* 1236.
Habitat in Küheberg prope Salisburgum; D. de Helmreich, qui etiam legit in Berchtesgada, unde ei Florae inſeri debet; item circa Moſsham.

743. dioicum. G. ſtolonibus procumbentibus; caule ſimpliciſſimo; corymbo ſimplici, terminali; floribus dioicis. *Flor. bav. n.* 1237.
Habitat paſſim in ſylvis aceroſis; ſummas tamen etiam alpes aſcendit.

Obſ. Flores maſculi proprie hermaphroditi ſteriles ſunt; color ſexum non indicat (*a*).

744. ſylvaticum. G. floribus obconicis, faſciculatis ſimplicibusque, lateralibus, axillaribus; caule ſimpliciſſimo. *Flor. bav. n.* 1238.
Gnaphalium ſylvaticum. Scopoli *carn. II. n.* 1046. *Tab.* 56.
α. Foliis linearibus.
Habitat in ſylvis caeduis paſſim.
β. Foliis lanceolatis.
Habitat in Zem vallis Cillarae ad alpem Waxegg.

745. alpinum. G. caule ſimpliciſſimo folioſo: foliis anguſto-lanceolatis, ſeſſilibus, acutiuſculis; floribus terminalibus in capitulo aphyllo; pappi radiis ſubclavatis.
Gnaphalium alpinum. Lin. *ſyſt. veget. XIV. p.* 748. *n.* 46.
Habitat in alpibus Zemae vallis Cillarae.

(*a*) Erhart Beytr. IV. p. 173.

Obſ. Ego diagnoſin ad exemplaria formavi, quae videre me contigit, variantis plurimum, ut videtur, plantae; inquirant alii, quibus id commodum fuerit, in notas meliores.

Hallerus (*a*) floſculos femineos paucos, eosque cum ſtylo longo in ambitu cuiusque floris conſpexit, androgynos (hermaphroditos) numeroſos in diſco; Scopolius (*b*) omnes hermaphroditos; meros femineos Reichard (*c*), cuius forte teſtimonio ſolo nixus idem adfirmavit D. Murray (*d*); ſed vereor, ne Halleri et Reichardi flores feminei nonniſi pappi fila fuerint, quae ubi ſenſim excreſcunt, egregie ſtylos cum ſtygmate mentiuntur, evadunt nempe corolla multo longiora, et ſunt albiſſima, a baſi ad apicem ſenſim craſſeſcentia, demum obtuſa, et ubi craſſiuſcula ſunt, denticulis quibusdam in ariſtae modum aſpera; flores ego certe omnes hermaphroditos video.

Utrum ſarmenta in plantis Zemenſibus adfuerint, ignoro; caules, quos coram video, ſemipedem non aequant, una cum foliis tenui lana obducti; folia numeroſa (tredecim in uno caule numero), oblonga, ſeſſilia, quo altius in caule ſedent, eo acutiora; ſummum caulem flores occupant, ſex circiter, pedicellati, in capitulum collecti. Squamae calycinae nigricantes, tum albidae, ſupremo margine crenatae.

746. ſupinum. G. caule procumbente, baſi ramoſo; ramis ſimplicibus, aſcendentibus, folioſis, paucifloris; floribus ſparſis, pedunculatis; foliis linearibus.

Gnaphalium ſupinum. Lin. *ſyſt. plant. ed. Reich. III. p.* 761. *n.* 45.

Habitat in Lungaviae monte Schilherhoehe.

Obſ. Caules procumbunt; rami aſcendunt, ſuntque valde tomentoſi; folia linearia ramos veſtientia minus quam rami tomentoſa. Calycum ſquamae fuſcae, lanceolatae. Flores in ſummitate ſparſos, paucos (3 – 4) video.

(*a*) Hiſt. n. 150.

(*b*) Carn. II. n. 1047.

(*c*) Syſt. plant. edit. Reich. III. p. 760. n. 41.

(*d*) Syſt. veget. loc. cit.

747. Leontopodium. G. caule simplicissimo; floribus terminalibus, confertis, inter bracteas lineares, lanato-tomentosissimas. *Flor. bav. n.* 1243. sub Filagine.
Edelweiß Taurisc is.

Habitat in Waxeggerbergmaedern, Zemae, vallis Cillarae, et in Taurero Rastadiensi; D. Bar. de Moll. Item in monte Teufelshorn Praefecturae Werfen; D. Irafeck.

FILAGO.

RECEPT. nudum. COROLLUL. tubulosae. SEM. pappo simplicissimo. CAL. imbricatus: squamis subaequalibus, margine exaridis.

748. arvensis. F. caule erecto, ramoso, lanato; floribus fasciculatis, sessilibus, terminalibus caulis et ramorum.
Filago arvensis. *Flor. bav. n.* 1242.

Habitat in arvis inter paleas.

749. montana. F. caule erecto, diviso; floribus conicis, sessilibus, aggregatis, terminalibus axillaribusque; foliis tomentoso-lanatis.
Filago montana. *Flor. bav. n.* 1243.

Habitat ad Mosham Lungaviae. D. de Helmreich.

Obs. Vix limites dantur inter Gnaphalium et Filaginem.

XERANTHEMUM.

CAL. imbricatus, coloratus: foliolis interioribus longioribus, radium mentientibus. COROLL. RADII irregulares, tubulosae, quinquefidae; DISCI tubulosae, regulares, quinquefidae. STYLUS flosculorum radii longissimus. RECEPT. paleaceum.

750. annuum. X. herbaceum; foliis lanceolatis, patentibus. LIN. *syst. plant. Reich. III. p.* 762. *n.* 1.
Xeranthemum annuum. SCOP. *carn. II. n.* 1096.

Habitat in Ofenlochberg prope Salisburgum. D. de Helmreich.

Obſ. Datus character huic ſpeciei egregie convenit; reliquis tamen plantis, quas LINNAEUS ad hoc genus retulit, paleas receptaculi deeſſe ERHARDUS (*a*) monuit.

CENTAUREA.

CAL. imbricatus. COROLLUL. tubuloſae: RADII maioribus, infundibuliformibus, irregularibus. FLOSC. RADII neutris.

751. phrygia. C. foliis indiviſis, dentatis; ſquamis calycinis apice acuminato, ſcarrioſo, ſubulato, reflexo, ſetis ciliato. *Flor. bav. n.* 1244.

Habitat in valle Cillara; D. Bar. de Moll. Ad Golling et in Laerzenbach; D. Irafeck.

752. montana. C. ſquammis calycinis ſerratis; foliis lanceolatis, decurrentibus: infimis dentatis. *Flor. bav. n.* 1245.

Habitat in valle Cillara.

753. Cyanus. C. ſquamis calycinis ſerratis; foliis ſuperioribus linearibus, integerrimis; inferioribus oblongo-lanceolatis, dentatis. *Flor. bav. n.* 1246.

Habitat in agris paſſim.

754. Scabioſa. C. calycibus ſetoſo-ciliatis; foliis pinnatifidis: laciniis lanceolatis, nervo hiſpidis, apice mucronatis; pedunculis unifloris. *Flor. bav. n.* 1248.

Habitat in valle Cillara.

755. Iacea. C. calycibus ſcarioſo-laceris; foliis lanceolatis: radicalibus repando-dentatis; ramis anguloſis. *Flor. bav. n.* 1250.

Habitat in pratis.

TUSSILAGO.

RECEPT. nudum. SEM. pappo ſimplici. CAL. ſquamis aequalibus. FLOSC. hermaphroditi in diſco, corollulis tubuloſis; feminei in radio, corollulis lingulatis, aut ſubnullis.

(*a*) Beytr. III. p. 113.

756. alpina. T. ſcapo unifloro, ſubaphyllo; foliis orbiculatis, dentatis, baſi emarginatis, ſubtus tomentoſis.
Tuſſilago alpina. Scop. *carn. II. n.* 1506.
Tuſſilago alpina *β. Flor. bav. n.* 1253.
Habitat paſſim in alpibus.

757. ſylveſtris. T. ſcapo unifloro, ſubaphyllo; foliis orbiculatis, dentatis, baſi emarginatis, ſubtus piloſis.
Tuſſilago ſylveſtris. Scop. *carn. II. n.* 1507.
Tuſſilago alpina *α. Flor. bav. n.* 1253.
Habitat in alpibus humilioribus.

758. Farfara. T. ſcapo unifloro, ſquamato; foliis orbiculato-cordatis; floſculis femineis ſemifloſculoſis, numeroſiſſimis. *Flor. bav. n.* 1254.
Habitat in omni ſolo argillaceo, margaceoque.

759. alba. T. florum thyrſo corymboſo; floſculis femineis radii pauciſſimis. *Flor. bav. n.* 1255.
Habitat in alpibus Laimachberg et Guggelberg vallis Cillarae; nec non ad Neumarkt; D. de Moll. In montibus Küheberg et Plain prope Salisburgum; D. de Helmreich.

760. hybrida. T. racemo elongato; pedicellis unifloris; foliis orbiculatis, dentatis, baſi cordato-ſinuatis; ſcapo ſquamato; floribus femineis ſubcorollatis, numeroſis in radio. *Flor. bav. n.* 1257.
Habitat ad Neumarkt; ad pedem montis Heuberg prope Salisburgum.

761. Petaſites. T. thyrſo florum ovato; floribus omnibus hermaphroditis; foliis cordatis. *Flor. bav. n.* 1258.
Habitat in der Mooswieſe ad Neumarkt.

** *Floribus radiatis.*

CONYZA.

Flor. herm. in diſco, cor, tubuloſis; fem. in radio, ſemifloſculi. Recept. nudum. Sem. pappo ſimplici. Cal. imbricatus, oblongus: ſquamis acutis: exterioribus brevioribus, apicibus patentibus.

762.

762. ſquarroſa. C. foliis lanceolatis, acutis; caule annuo; floribus corymboſis. *Flor. bav. n.* 1259.
Habitat in monte Capucinorum, ubi illam ſero ſatis autumno ipſe legi.

SENECIO.

Flor. herm. in diſco, Cor. tubuloſis; fem. in radio, ſemifloſculoſis. Recept. nudum. Sem. pappoſum. Cal. cylindricus, imbricatus: ſquamis apice ſcarioſis.

763. vulgaris. S. floribus eradiatis; foliis pinnato-ſinuatis, amplexicaulibus; floribus ſparſis. *Flor. bav. n.* 1260.
Habitat paſſim in Cultis.

Obſ. Floribus potiſſimum radio carentibus diſtinguitur a Senecionibus viſcoſo et ſylvatico.

764. viſcoſus. S. floribus radiatis: radio revoluto; foliis viſcidis, pinnatifidis, laciniis angulatis. *Flor. bav. n.* 1261.
Habitat in Pinzgovia; D. Iraſeck.

765. ſylveſtris. S. radio revoluto; foliis pinnatifidis: laciniis groſſe dentatis; calycibus glabris; caule corymboſo. *Flor. bav. n.* 1262.
Habitat in ſylvis caeduis.

766. erucifolius. S. floſculis radii patentibus; foliis pinnatifidis: laciniis dentatis; caule erecto. *Flor. bav. n.* 1263.
Habitat circa Salisburgum. D. de Helmreich.

767. incanus. S. foliis indiviſis, profunde crenatis pinnatiſque, utrinque cum caule tomentoſis; floribus in corymbum rotundatum collectis.
Senecio incanus. Lin. *ſyſt. plant. Reich. III.* 794. *n.* 23.
Scop. *flor. carn. II. n.* 1071.
Gouan *illuſt. p.* 67. *n.* 2. *a.*
Senecio tomentoſus, foliis pinnatis, pinnis ſubrotundis, umbellis globoſis. Haller *hiſt. n.* 61.
Iacobaea alpina incana minor. Barrelier *icon.* 262.
Habitat in iugo montis Windsfeld inter Lungaviam et Flachaviam.

Obſ. Planta tota incano tomento tecta, bi - triuncialis. Icon Barrelieri flores nimis paucos, nimis longe pedunculatos fiſtit. Notatu dignum, plantas pleraſque omnes, altiſſimarum alpium iuxta ac regionum calidiſſimarum, pube caneſcere; cauſam huius phaenomeni alias dicam.

768. abrotanifolius. S. floribus radiatis, foliis pinnatis, multifidis, laciniis linearibus, glabris, acutis; floribus faſciculatis. *Flor. bav. n.* 1267.

Habitat in montibus Abtenavienſibus, et in montibus Hohenzinken, et Teufelshorn Praefecturae Werfen; D. Iraſeck.

769. alpinus. S. florum radio patente; foliis cordatis, groſſe ſerratis, petiolatis; petiolorum baſi auriculata. *Flor. bav. n.* 1268.

Senecio alpinus. Scop. *carn. II. n.* 1068.

Cineraria cordifolia. Gouan. *Illuſt. p.* 69. *n.* 2.

Habitat: — Vulgatiſſimam in ſubalpinis, praeſertim paluſtribus, plantam in Herbario Salisburgenſi D. Iraſeck certo vidi; in Molliano ex Sonneuwendioch Tyroleos adeſt.

Obſ. Haec ſpecies, utut multum variet, meo quidem iudicio, nullo modo cum Cineraria alpina coniungi poteſt. At Halleri (*a*) *Senecio foliis imis petiolatis, cordatis, obiter ſerratis, caulinis ligulatis ſeſſilibus*, quin eo referatur, non repugno.

770. ſaracenicus. S. floribus radiatis, corymboſis; foliis oblongo-lanceolatis, petiolatis, ſerratis, utrinque glabris. *Flor. bav. n.* 1272.

Habitat paſſim in ſubalpinis; ſed eam in proximos Salisburgo montes deſcendere vidit D. de Helmreich, in quibus eam non raram legit.

SOLIDAGO.

Flor. herm. in diſco, cor. tubuloſis; fem. in radio, ſemifloſculi. Secept. nudum. Sem. pappoſa. Cal. ſquamis plurium ordinum, adpreſſis, unicoloribus.

771. Virga aurea. S. caule angulato; florum racemis erectis, paniculatis. *Flor. bav. n.* 1274.

(*a*) *loc. cit. n.* 68.

Habitat passim in valle Cillara. Ego illam circa Salisburgum, et per omnem viam a statione verehdaria Stein Salisburgum ducente passim conspexi.

ASTER.

Flor. herm. in disco; cor. tubulosis; fem. in radio, semiflosculi. Recept. nudum. Sem. papposum. Cal. hemisphaericus. Antherae simplices.

772. alpinus. A. foliis obverse lanceolatis, obtusis, hispidulis, integris; caule simplici, unifloro; squamis calycinis ciliatis. *Flor. bav. n.* 1275.
Habitat in alpibus vallis Cillarae frequens.

773. Amellus. A. foliis lanceolatis, obtusis, hispidis, trinerviis, integris; caule multifloro; squamis calycinis ciliatis, obtusis. *Flor. bav. n.* 1276.
Habitat in agro Salisburgensi; D. de Helmreich.

INULA.

Flor. herm. in disco; cor. tubulosis; fem. in radio, semiflosculi. Recept. nudum. Sem. papposum. Antherae singulae setis duabus filamento parallelis.

774. dysenterica. I. foliis amplexicaulibus, oblongo cordatis, subtomentosis; caule lanato, paniculato; squamis calycinis setaceis, tomentosis. *Flor. bav. n.* 1280.
Habitat circa Salisburgum; D. de Helmreich. In Laerzenbach; D. Irasek.

ERIGERON.

Flor. herm. in disco; cor. tubulosis; fem. in radio, semiflosculi. Recept. nudum. Sem. papposum. Calyx cylindricus, squamis laxis, plurium ordinum.

775. canadense. E. caule ramoso: ramis erectis; floribus paniculatis; foliis linearibus. *Flor. bav. n.* 1285.
Habitat ad vias publicas, aditus sylvarum, in sylvis caeduis etc. ut nulla planta ibi sit vulgarior.

Obs. Falsum hanc plantam ex America in Europam migrasse; sed neglecta fuerit ante hoc saeculum, quae nec eleganti habitu, nec utilitate quadam peculiari sese commendet.

776. acre. E. caule alternatim ramoso; ramis simplicibus; foliis lanceolatis, integris. *Flor. bav. n.* 1286.
Habitat in valle Cillara.
β. Caule simplicissimo, unifloro.
Habitat in valle Cillara.

Obs. Haec varietas difficillime a sequenti specie distinguitur, nec fere aliter nisi comparatione; flores illi maiores; corollulae latiores. nec rubent.

777. alpinum. E. caule uni-bifloro; calyce piloso; foliis ciliatis. *Flor. bav. n.* 1287.
Habitat in Tennengebirge. D. Irasseck.

DORONICUM.

Flor. herm. in disco; Cor. tubulosis. Fem. in radio, semifloseulosi. Recept. nudum. Sem. hermaphroditis papposa: femineis nuda. Cal. squamis duorum ordinum.

778. Pardalianches. D. foliis cordatis, remote dentatis: radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus.
Doronicum Pardalianches. *Flor. bav. n.* 1290.
Habitat in alpibus Zemae ad Schwarzenstein; in Rauriser Goldberge.

BELLIS.

Flor. herm. in disco; cor. tubulosis; fem. in radio, semifloseulosi. Recept. nudum. Sem. nuda, marginata. Cal. squamis duorum ordinum.

779. perennis. B. scapo nudo. *Flor. bav. n.* 1291.
Habitat nullibi non in graminosis.

ARNICA.

Flor. herm. in disco; cor. tubulosis; fem. in radio, semifloseulosi. Recept. nudum. Sem. omnia papposa. Cal. squamis duorum ordinum.

780. scorpioides. A. squamis calycinis trium ordinum; foliis alternis, dentatis: radicalibus petiolatis.
Arnica scorpioides. Lin. *syst. plant. Reich. III. p.* 833.
Aster scorpioides. Scop. *carn. II. n.* 1075.

Arnica foliis alternis, argute ferratis, radicalibus petiolatis. HALLER *hiſt. n.* 89.

Habitat in Tennengebirge. D. Iraſeck.

Obſ. Caules uniflori, ſpithamales, cubitales; ferunt tamen ſubinde ramum unum, uniflorum.

781. Mollii. A. uniflora; foliis alternis ovato-lanceolatis, hirſutis, integerrimis; calyce (ſquamis duorum ordinum,) hirto. HALLER *nomencl. n.* 91.

Arnica foliis alternis, ovatis, integerrimis. HALLER *hiſt. n.* 91.

Iacobaea montana croceo amplo ſingulari flore, ſpathulae folio, elatior. BARRELIER *ic.* 265.

Habitat in Zem vallis Cillarae.

Obſ. Folia radicalia petiolata, ovata, aut lanceolato-ovata; caulina ſeſſilia, amplexicaulia, et, uti tota planta, ex piloſitate hirta, folia etiam ad lentem ciliata, ſubinde obſolete dentata; folia caulina (unum, duo, plura) alterna; caulis altitudo varia, triuncialis, ſemipedalis, etiam foliis radicalibus non maior; flos unicus, Arnicae montanae, ſed ſquamae calycinae (lanceolatae) duorum tantum ordinum, hirtae. Semifloſculi in radio numeroſi, quadriſtriati, tridentati. Semina omnia, etiam radii, pappo capillari coronata. Receptaculum nudum.

β. Foliis omnibus integris, manifeſte dentatis.

Habitat cum priori.

Obſ. Non diverſa ab α, nam gradus dantur.

782. montana. A. foliis oppoſitis, ovatis, integerrimis. *Flor. bav. n.* 1292.

Arnica foliis coniugatis, ovatis, integerrimis. HALLER *hiſt. n.* 90.

Habitat in Ramsberg, Heinzenberg, et Subalpinis Zemae vallis Cillarae; uti etiam in Taurero Raſtadienſi, praeſertim in Schaitberg, et in Lungavia; D. Bar. de Moll. In montibus Abtenavienſibus legit D. Iraſeck.

Obſ. Vidi ſpecimina caule breviſſimo, foliis immerſo.

783. Bellidiaſtrum. A. ſcapo nudo, ſimpliciſſimo, unifloro. *Flor. bav. n.* 1293.

Arnica caule nudo unifloro, foliis ovato-lanceolatis, ſerratis. HALLER *hiſt. n.* 92.

Aſter Bellidiaſtrum. Scopoli *carn II n.* 1074.
Habitat in Taurero Raſtadienſi; in monte Tofern ad Gaſtunum.

Obſ. Simillima Bellidi perenni, ſed fructificatio alia.

CINERARIA.

Flor. herm. in diſco; cor. tubuloſis; fem. in radio, ſemifloſculoſi. Recept. nudum. Sem. pappoſa. Cal. ſimplex, polyphyllus, aequalis.

784. alpina. C. foliis lanceolatis dentatis, ſubtus caulesque tomentoſis: inferioribus ovatis, petiolatis; ſuperioribus lanceolatis, amplexicaulibus; caule paucifloro.

Obſ. Vel plures ſpecies ſub una Cineraria alpina confuſas eſſe, vel eidem etiam Cinerariam paluſtrem, et forte etiam auream, inſerendam eſſe, iudicari debet; ego in poſteriorem ſentiam inclino. Neque enim numerus ſituſque florum in caule, nec dentium in foliis praeſentia, forma, profunditasque, nec tomenti denſitas, nec foliorum in caule ſitus, aut inferiorum in petiolum decurſus conſtantem legem ſervant. Ego quatuor coram habeo ſpecimina, quinti in Flora Bavarica mentionem feci; diſtribuam ſingula ſpecierum inſtar.

A. C. floribus terminalibus, ſparſis; foliis inferioribus ſpathulatis, ovatoque lanceolatis; ſupremis lanceolatis, ſeſſilibus: omnibus dentatis, ſubtomentoſis; caule toto tomentoſo.
Habitat in valle Cillara.

Obſ. Ad Cinerariam paluſtrem L. pertinere videtur.

B. C. foliis inferioribus ovatis, petiolatis; ſuperioribus lanceolatis, ſeſſilibus: omnibus dentatis et ſubtus caulesque ſubtomentoſis; caule ſubramoſo; floribus omnibus terminalibus, ſparſis, ramorum ſolitariis.
Solidago alpina alata. Iacqu. *vindob. p.* 287.
Habitat in Zem vallis Cillarae.

Obſ. Petioli foliorum inferiorum quidam alati, alii ſimplices. Varietas haec cum Scopolii Senecione alpino confundi nequaquam debet.

C. C. foliis inferioribus oblongo-ovatis petiolatis, dein lanceolatis in petiolum decurrentibus, demum

ſeſſilibus: omnibus groſſe dentatis, ſubtomentoſis; caule paucifloro, ſub flore magis tomentoſo.

Habitat in alpibus Zemae cum priore.

Obſ. Differt a praecedente caule ſimpliciſſimo, floribus in apice, tantum duobus: uno inferiore. Plane ad Solidaginem alatam I a c q u. pertinet.

D. C. caule unifloro; foliis inferioribus ſpathulatis: parte latiore dentata; ſuperioribus anguſto-lanceolatis, denticulatis, ſeſſilibus: omnibus cum caule tomentoſis.

Habitat cum prioribus in alpibus Zemae.

E. C. floribus umbellatis; foliis inferioribus ſpathulatis: parte latiori groſſe ſerratis; ſuperioribus integris, ſubtus cum calycibus et pedunculis tomentoſis. *Flor. bav. n.* 1294.

F. C. foliis caulinis ſeſſilibus, lanceolatis, integris, denticulatis; floribus paniculatis, faſtigiatis; pedunculis unifloris.

Habitat in montibus Abtenavienſibus; D. I r a f e c k.

Obſ. D. E. et F ad *Senecionem foliis imis petiolatis cordatis, obiter dentatis, caulinis lingulatis ſeſſilibus* HALLERI (*a*), adeoque ad Cinerariam alpinam integrifoliam LINNAEI (*b*) pertinent.

PYRETHRUM.

FLOR. HERM. in diſco; COR. tubuloſis; FEM. in radio, ſemifloſculoſi. RECEPT. nudum. SEM. marginatum. CAL. hemiſphaericus, imbricatus.

785. alpinum. P. foliis cuneiformibus, pinnatifidis: laciniis integris; caulibus unifloris. LIN. *ſyſt. plant. Reich. III.* 845. *n.* 4. ſub Chryſanthemo.

Pyrethrum caule unifloro, foliis glaucis petiolatis, palmatis. HALLER *hiſt. n.* 96.

Chryſanthemum alpinum. GOUAN. *illuſt.* 70. *n.* 3.

Chamaemelum montanum incanum abſinthoides italicum. BARRELIER *icon.* 45.

Habitat in ſummis alpibus Zemae, in Breitkarr, et Waxeggerkarr.

(*a*) Hiſt. n. 68. (*b*) Spec. plant. 1243. n. 7. γ.

Obſ. Foliis radicalibus cuneiformibus, apice palmato pinnatifidis; caulinis linearibus, ſubintegris, paucis, caule unifloro.

MATRICARIA.

Flor. herm. in diſco: cor. tubuloſis; fem. in radio, ſemifloſculoſi. Recept. nudum. Cal. hemiſphaericus, imbricatus. Sem. nudum.

786. Leucanthemum. M. foliis radicalibus ovatis, crenatis, petiolatis; caulinis ſeſſilibus, oblongis, dentatis, baſi lyratifidis. *Flor. bav. n.* 1298.
Habitat paſſim in pratis.

787. atrata. M. foliis caulinis pluribus: marginibus parallelis, pinnatifidis.
Chryſanthemum atratum. Lin. *ſpec. plant.* 1252. *n.* 5.
Habitat in Schilherhoehe inter Hinteralpe et Bundſchuh Lungaviae.

788. Chamomilla. M. receptaculo conico; foliis duplicato pinnatis: pinnulis anguſtiſſimis, bi-trifidis: laciniis lanceolatis *Flor. bav. n.* 1301.
Habitat in agris.

789. Parthenium. M. foliis compoſitis: foliolis ovatis, inciſis; pedunculis ramoſis. Lin. *ſpec. plant.* 1255. *n.* 1.
Habitat in agro Salisburgenſi. D. de Helmreich.

ANTHEMIS.

Flor. herm. in diſco; cor. tubuloſis; fem. in radio, ſemifloſculoſi. Recept. conicum, paleaceum. Sem. nuda.

790. arvenſis. A. receptaculo conico; foliis glabris, bipinnatis: foliolis lanceolatis; ramis per totum caulem ſparſis; ſeminibus marginato coronatis, quadrangulis, glabris. *Flor. bav. n.* 1302.
Habitat in agro Salisburgenſi. D. de Helmreich.

791. corymboſa. A. foliis ſubpinnatis, linearibus, acutis; caule ſimplici erectiuſculo villoſo; petalis obovatis, obtuſiſſimis, tridentatis. Haenke *iacqu. coll. II.* 73.
Habitat teſte Haenckio inventore cum Potentilla Salisburgenſi.

ACHILLAEA.

Flor. herm. in disco; cor. tubulosis; fem. in radio, semifloseulosi, pauci (5 circiter). Recept. paleaceum. Cal. imbricatus.

792. Ptarmica. A. foliis angusto-lanceolatis, acutis, serratis. *Flor. bav. n.* 1305.
Habitat in Udernseewiese vallis Cillarae.

793. Glavennae. A. foliis pinnatifidis, ex pube incumbenti incanis: laciniis antrorsum directis, apice incisis; caule ascendente. *Flor. bav. n.* 1306.
Habitat in Zema ad Greinerum montem; D. Bar. de Moll; in Teufelshorn. D. Irasceck.

794. atrata. A. foliis in angustas, acutas, vix dentatas lacinias pectinatim pinnatifidis; marginibus squamarum calycinarum scariosis. *Naturh. Brief. II.* 278. *n.* 363
Habitat frequens in alpibus Zemae; D. de Moll. im Tennengebirge; D. Irasceck.

795. Millefolium. A. foliis duplicato-pinnatis, glabris: pinnulis tri – quinquefidis. *Flor. bav. n.* 1308.
Habitat passim in pratis; in alpestribus saepius rubros flores fert.

BUPHTHALMUM.

Flor. herm. in disco; cor. tubulosis; fem. in radio, semifloseulosi. Recept. paleaceum, Sem. omnia marginato-coronata.

796. salicifolium. B. foliis alternis, subdentatis, hirtis; calycibus pilosis; paleis marginibus parallelis, apice truncatis. *Flor. bav. n.* 1309.
Habitat passim in sylvaticis.

797. grandiflorum. B. foliis alternis, subdentatis, hispidis; calycibus pilosis; paleis receptaculi parallelis, obtusis, aristatis. *Flor. bav. n.* 1310.

COREOPSIS.

Flor. herm. in disco; cor. tubulosis; fem. in radio, semifloseulosi. Recept. paleaceum, planum. Sem.

DISCI ariſtis duabus, RADII nulla. CAL. polyphyllus; foliolis exterioribus patentibus.

793. Bidens. C. foliis lanceolatis, ſerratis, amplexicaulibus, oppoſitis. *Flor. bav. n.* 1312.
Habitat ad aquas.

CLASSIS CRYPTOGAMA.

Fructificatio nonniſi, aut nec, microſcopiis extricanda.

FILICES.

Fructificationes in dorſo frondium, aut ſquamarum propriarum.

EQUISETUM.

FLOR. Squamae peltatae, ſubtus fructificationem gerentes, in ſpicam oblongam diſpoſitae. FRUCTUS filamento duplici, hinc quadricruro, reſiliens.

799. arvenſe. E. ſtipite florifero aphyllo; foliis in ſterili ſimplicibus, ſulcatis, ſenis, novenis, deniſve; ſtipite ſimplici. *Flor. bav. n.* 1314.
Habitat in agris, agrorumque limitibus.

800. paluſtre. E. ſtipite anguloſo, ramoſo; foliis ſimplicibus. *Flor. bav. n.* 1315.
Habitat in foſſis.

801. fluviatile. E. ſtipite ſtriato; foliis internodio multo longioribus, numeroſis; florifero ſtipite aphyllo.
Equiſetum fluviatile. *Flor. bav. n.* 1316.
Habitat ad Salzam.

OSMUNDA.

CAPS. transverſim dehiſcentes, in ſpicam pedunculatam, ſimplicem compoſitamve, digeſtae.

802. Lunaria. O. foliis pinnatis; foliolis lunatis; ſtipite in pedunculum continuato. *Flor. bav. n.* 1323.

Osmunda lunaria. Hoffmann *Mag. für Bot. IX.* 4. *fig.* 2.
Habitat in valle Cillara.

STRUTHIOPTERIS.

Frons florens a ſterili diverſa in eodem individuo; fructificationes in dorſo frondis in acervos punctiformes ſeriatim diſpoſitae.

803. Spicant. S. foliis ſterilibus pinnatim in longas, falcatas, approximatas lacinias diviſis; floriferis maioribus, laxius pinnatifidis: laciniis anguſtioribus. *Naturh. Brief. II.* 293. *n.* 419.
Habitat in ſylvaticis vallis Cillarae.

ACROSTICHUM.

Capsulae diſcum totum frondis averſum tegentes.

804. ſeptentrionale. A. ſtipitibus bis dichotomis: laciniis dichotomiae ſecundae inaequalibus: lacinulis lincaribus, inflorescentia fructibuſve in dorſo contectis. *Flor. bav. n.* 1325.
Habitat in Goldeck Pangaviae. D. de Helmreich.

ASPLENIUM.

Capsulae in lineolas ſubparallelas, ad acutum angulum in diſco frondis convergentes, diſpoſitae.

805. Scolopendrium. A. ſtipite villoſo; folio integerrimo, ſubparallelogrammo-lanceolato, baſi exciſo. *Flor. bav. n.* 1327.
Habitat in valle Cillara.

806. Trichomanes. A. folio pinnato: foliolis ſuborbiculatis, crenatis, remotis. *Flor. bav. n.* 1328.
Habitat in rupibus, muris antiquis.

807. Ruta muraria. A. folio ramoſe pinnato: ramis alternis; foliolis cuneiformibus, crenatis. *Flor. bav. n.* 1329.
Aſplenium ruta muraria. Hofemann *Magaz. für Bot. IX.* 8. *Fig.* 9.
Habitat cum priore.

POLYPODIUM.

Capsulae in glomerulos dispositae, involucro reniformi vel subrotundo tectae.

808. vulgare. P. folio pinnatifido: laciniis obtuse lanceolatis, alternis, ad invicem decurrentibus; radice squamata. *Flor. bav. n.* 1330.

Habitat passim in sylvis.

809. aculeatum. P. folio bipinnato; foliolis primi ordinis subfalcatis, secundi ordinis ovatis, spinoso-ciliatis. *Flor. bav. n.* 1333.

Habitat in valle Cillara.

810. dentatum. P. folio bipinnato; foliolis secundi ordinis oblongis, pinnatifidis: laciniis acute bi-tridentatis. *Flor. bav. n.* 1336.

Habitat in valle Cillara.

811. Filix mas. P. folio bipinnato; foliolis secundi ordinis ad invicem decurrentibus, oblongis, obsolete crenatis; stipite furfuraceo. *Flor. bav. n.* 1338.

Habitat in muris antiquis.

812. fragile. P. folio lanceolato, bipinnato: foliolis utriusque ordinis remotiusculis, ordinis secundi pinnatifidis: laciniis obtusis, crenatis. *Flor. bav. n.* 1340.

Habitat in udis rupibus circa Salisburgum; D. de Helmreich. In monte Osterhorn Abtenaviae; D. Irafeck.

813. Dryopteris. P. foliolis ad angulos rectos oppositis, duplicato-pinnatis: foliolis secundi (s. tertii) ordinis alternis, rotundatis, ad invicem decurrentibus. *Flor. bav. n.* 1341.

Polypodium Dryopteris. Hoffmann *Mag. für Bot. IX.* 12. *f.* 16.

Habitat in sylvis humidis, rupibusque roridis.

MUSCI.

Inflorescentia perfecta. Fructus capsula.

PHASCUM.

Caps. operculo persistente continuo clausa, decidua.

814. subulatum. Ph. foliis lanceolato-linearibus, patentiusculis: superioribus ex basi latiuscula subulatis. *Flor. bav. n.* 1344.
Phascum subulatum. Schreber *phas. p.* 8.
Habitat inter acervos Lichenis pyxidati.

815. cuspidatum. Ph. foliis ovatis, obtusis, acuminatis, subpatulis: supremis conniventibus. *Flor. bav. n.* 1343.
Habitat in terra pingui.

Obs. Folia circumscriptione apice rotundata, ita tamen, ut logiusculum acumen quasi repente exsurgat.

SPHAGNUM.

Caps. peristomate nudo. Flor. masculi in apicibus clavatis ramorum supremorum.

816. cymbifolium. Sph. ramis declinatis, teretibus; foliis sublanceolatis. *Flor. bav. n.* 1347.
Habitat in paludibus turfosis.

GYMNOSTOMUM.

Caps. peristomate nudo.

817. canescens. G. surculis erectis, cespitosis; foliis lanceolatis, apice piliferis; pedunculis brevibus; capsulis erectis. *Flor. bav. n.* 1351.
Habitat in aggeribus, tectis.

Obs. Pedunculi semiunciales circiter, siccitate contorti.

818. Hedwigia. G. ramosum; capsulis terminalibus lateralibusque, subsessilibus; foliis lanceolatis: apice albo diaphano acuminatis; foliis calycinis apice longe ciliatis. *Flor. bav. n.* 1355.
Habitat in Lungavia. D. de Helmreich.

GRIMMIA.

Capsulae periſtomate coronato, ordine ſimplici; dentibus 16, triangulis, reflexibilibus.

819. ovata. G. pedunculo breviſſimo; capſula ovata; operculo convexo, acuminato; calyptra ſurſum piloſa, ſtriatave; foliis erectis adpreſſis. *Flor. bav. n.* 1364.

Habitat ad rupes, arboresque.

Obſ. Capſulae pedunculus manifeſte ſupra ſurculi folia ſuprema elongatur.

820. oblonga. G. capſula ſubſeſſili, oblonga, obovata, longitudine craſſitiem quater excedente; operculo convexo, acuminato; foliis adpreſſis, erectis, lanceolatis, depilibus. *Flor. bav. n.* 1365. nec ſynomina.

Orthotrichum ſtriatum. Timm. *megal. n.* 733.

Bryum ſtriatum α. Lin. *ſpec. plant.* 1579. *n.* 2.

Habitat ad arbores regionis Hinterſeenſis. D. Iraſeck.

Obſ. Orthotrichum a Grimmia differt proceſſulis quibusdam fimbriatis, dentibus periſtomatis interſertis; qui igitur utrumque genus diſtinxerit, naturalia genera conficiet; at quum ii proceſſuli facillime praetervideantur, nec Orthotrichis inter Grimmias relictis, genus evadat nimis amplum, et ii proceſſuli etiam in Orthotricho anomalo (*a*), ſeu noſtra Grimmia ovata, deſiderentur, utrumque genus ſub Grimmiae nomine relinquimus, rati, in methodis nimis micrologice procedi non oportere.

Capſula pedunculata quidem eſt, ſed intra ſuprema foliola pedunculus adeo non eminet, ut etiam pars capſulae intra ea ſepulta ſit.

WEISSIA.

Caps. periſtomate coronato, ordine ſimplici, dentibus 16, non reflexibilibus.

821. pennata. W. repens; ramis erectis, in plano duplici ſibi invicem incumbente pinnatis; foliolis lanceolatis, acuminatis, diſco undatis; capſulis ſeſſilibus, e medio oriundis. *Flor. bav. n.* 1368.

(*a*) Timm. megal. n. 734.

Habitat ad cortices arborum circa Hinterſee. D. Irafeck.

POLYTRICHUM.

Caps. periſtomate coronato, ordine ſimplici, dentibus 32 apice membrana connexis.

822. ferratum. P. caule ſimplici; capſula quadrangula; calyptra piloſa; foliis lineari-lanceolatis, depilibus, ferratis. *Flor. bav. n.* 1371.
Habitat in ſylvis circa Salisburgum ad terram.

823. aloides. P. capſula cylindrica; calyptra piloſa; pedunculo apice contorto; operculo depreſſo: roſtro conico. *Flor. bav. n.* 1372.
Habitat in ſylvis Lungavienſibus. D. de Helmreich.
Obſ. Folia ſerrata.

824. harcynicum. P. capſula erecta, cylindrica; calyptra interrupte piloſa; foliis ſubulatis, craſſiuſculis, baſi membrana acutis: infimis minimis. *Flor. bav. n.* 1373.
Habitat ad Hinterſee. D. Irafeck.

825. undatum. P. capſulis pendulis; ſurculis fructiferis erectis, ramis terminalibus, apice nutantibus; ſurculis ſterilibus decumbentibus; foliis oblongis, denticulatis, ſiccitate undulatis; pedunculis terminalibus numeroſis. *Flor. bav. n.* 1422. ſub Hypno.
Polytrichum undulatum. Timm. *megal. n.* 733.
Habitat in ſylvis humidis ad Hinterſee, unde D. Irafeck attulit.
Obſ. Specioſus muſcus, qui altitudinem duarum unciarum tranſcendit, folia laxiora et lata habet, planiſſima, dum humet, ac patentia: undata, dum ſiccus eſt. Rami ex ſuperiore trunci parte egrediuntur. — Nomen leviter immutandum erat, ut diſtingueretur a Polytricho undulato Florae Bavaricae et Hedwigii.

FUSCINA.

Caps. periſtomate coronato, ordine ſimplici, dentibus 16 bifidis.

826. taxifolia. F. caule ſimpliciſſimo, foliis pinnato: foliis utrinque monoſtichis; pedunculo terminali. *Flor. bav. n.* 1382.
Fiſſidens bryoides. Timm. *megal. n.* 779.
Habitat in ſylvis ad Hinterſee. D. Iraſeck.

827. ſcoparia. F. ſurculis ſuberectis; foliis linearibus, acutis, ſubfalcatis, heteromallis; capſula ſubinflexa; operculo longe roſtrato. *Flor. bav. n.* 1384.
Dicranum ſcoparium. Timm. *megal. n.* 783.
Habitat ad Pinuum radices.

Obſ. Surculi ſub foliis albo fuſcore tomentoſi.

828. ſimplex. F. capſulis pendulis; ſurculis erectis, confertis, ceſpitoſis, ſubſimplicibus; foliis ſetaceis; pedunculis e medio ſurculorum. *Flor. bav. n.* 1387.
Dicranum ſimplex. Timm. *megal. n.* 791.
Habitat in agro Salisburgenſi: D. de Helmreich.

829. heteromalla. F. foliis heteromallis, falcato-ſubulatis, baſi membranaceis; operculo roſtrato. *Flor. bav. n.* 1388.
Habitat in ſylvis udis.

Obſ. Fiſſidens et Dicranum Hedwigii ſola differunt inflorescentia, item Barbula et Tortula, nec non Bryum, Mnium, et Hypnum: ergo recte eas rurſus in tria genera coniunxi (*a*).

MOLLIA.

Caps. periſtomate coronato, ordine ſimplici ciliorum contortibilium.

830. ſubulata. M. ſurculis breviſſimis; pedunculis terminalibus, ſolitariis; capſulis ſubulatis, erectis; foliis oblongis, pellucidis, carinatis. *Flor. bav. n.* 1389.
Habitat in herbidis.

831. ruralis. M. ſurculis erectis, ſubramoſis; capſulis erectis; foliis latiuſculis, lingulatis, decurrentibus, carinatis, apice piligeris; baſi pedunculi manifeſte contecta. *Flor. bav. n.* 1390.
Habitat ad arbores.

832. mu-

(*b*) Erhart Beytr. III. 163.

832. muralis. M. capſulis erectis; ſurculis breviſſimis, ceſpitoſis; foliis oblongis, acutis, carinatis, apice patenti-piliferis; baſi pedunculi nuda. *Flor. bav. n.* 1391.
Habitat in tectis, muris antiquis.

833. tortuoſa. M. capſulis erectis, ſubcylindricis; pedunculis ſiccitate contortis; foliis ſubulatis, ſiccitate criſpis. *Flor. bav. n.* 1395.
Habitat ad Hinterſee; D. Irafeck.

Obſ. Folia proprie ſunt anguſto-lanceolata, leviter complicata; at ubi ſicceſcunt, margines magis convolvuntur, et, quae HALLERI phraſis eſt (*a*), intortorum inſtar anguium criſpa evadunt.

NECKERIA.

CAPS. periſtomate coronato, ordine duplici: exteriore dentibus 16 acutis, interiore ciliis liberis.

834. dendroides. N. radice repente, villoſa; ſurculis erectis, baſi ſimplicibus, apice faſciculato-ramoſis: ramis teretibus, ſubſimplicibus, erectis. *Flor. bav. n.* 1431. Sub Hypno.
Neckeria dendroides. TIMM. *Megalop. n.* 800.
Habitat paſſim in ſylvis.

LESKIA.

CAPS. periſtomate coronato, ordine duplici: exteriore dentibus 16 acutis, interiore ciliis uniformibus membrana connexis.

835. criſpa. L. ſurculis ramoſis compreſſis; foliis utrinque diſtichis triſtichisque, oblongo-lanceolatis, acutis, pellucidis, transverſe undatis, integerrimis.
Leskia criſpa. TIMM. *megal. n.* 798.
Hypnum undatum. *Flor. bav. n.* 1430.
Habitat in ſylvis ad Hinterſee. D. Irafeck.

Obſ. Fructificationem non vidi; fide Cl. Timmi elegantem muſcum huc refero.

(*a*) Hiſt. n. 1787.

HYPNUM.

Caps. periſtomate coronato, ordine duplici: exteriore dentibus 16 acutis, interiore ciliis difformibus baſi membrana connexis.

*. *Hypna.* Hedw.

836. praelongum. H. ſurculis confertis, longiſſimis, decumbentibus, inordinate ramuloſe pinnatis: ramulis remotis; foliis lanceolatis, acutiſſimis; capſulis obliquis.

Hypnum praelongum. Roth. *Germ. I. p.* 468. *n.* 18.
Weber *ſpic. n.* 135.
Weiss. *crypt. p.* 225.
Dillen. *muſc. tab.* 35. *f.* 15.

Habitat ad Hinterſee in ſylvis aceroſis ad arbores. D. Iraſeck.

Obſ. Surculi longiſſimi, remote ramulis pinnati; ramuli teretes, remoti, denſe foliis veſtiti, ſericeo flaveſcenti virides; folia, non ſecunda, ut Cel. Weberus dicit, ſed duplici ſerie alterna, ut reipſa ſeries quatuor emergant. Qua parte tamen ſurculi vetuſtiores terrae adiacent, radiculasque emittunt, folia ſecunda evadunt. Folia concava, in acutiſſimum longumque acumen ſenſim abeuntia ex baſi latiuſcula ſemiamplexicauli.

837. filicinum. H. ſurculis ramuloſe plano-pinnatis: ramulis ſimplicibus, ad angulos rectos patentibus, ad apicem ſurculi ſpicam formantibus; foliis imbricatis, falcatis. *Flor. lav. n.* 1402.

Hypnum filicinum. Timm. *megal. n.* 830.

Habitat in ſylvis.

838. abietinum. H. ſurculis ramuloſe pinnatis incumbentibus: ramulis ſimplicibus, acutiuſculis, ad angulos patentibus, ad apicem ſurculi ſpicam formantibus; foliis imbricasis, rectis, lanceolatis, ſubulato-cuſpidatis.

Hypnum abietinum. Timm. *megal. n.* 835.
Scop. *carn. II. n.* 1331.

Hypnum ramis duris, foliis adpreſſis ovato-lanceolatis, pilo criſtatis. Haller *hiſt. n.* 1762.

Habitat in ſylvis udis ad Hinterſee. D. Iraſeck.

Obſ. Priori ſimile, ſed ſurculi circumſcriptione magis triangulari, colore flavo-virenti ſericeo. Ramuli in humido muſco ad angulos rectos patent, in ſicco angulos acutos formant. Folia in omni ſtatu recta manent.

839. proliferum. H. caulibus interruptim ramoſe pinnatis; ramis ramuloſe pinnatis: ſupremis ſimplicibus: omnibus ad angulos rectos patentibus; foliis rectis; pedunculis aggregatis. *Flor. bav. n.* 1404.

Hypnum proliferum. Timm. *megal. n.* 831.

Habitat in ſylvis abiegnis umbroſis. DD. de Helmreich et Iraſeck.

840. delicatulum. H. caulibus decumbentibus, ramoſe bipinnatis: ramis ad angulos rectos patentibus; foliis ramorum ſubcordatis, acutis, minimis; caulinis multo maioribus, ſubcordatis, in cuſpidem elongatam deſinentibus.

Hypnum delicatulum. *Flor. bav. n.* 1412.
Leyser *hall. n.* 1081.

Habitat in ſylvis ad Hinterſee; D. Iraſeck.

Obſ. Simillimum H. prolifero, ad multo tenerius; pedunculi ex caule oriundi, verno tempore adparent. Cum H. parietino coniunxit Pollich (*a*), et cum H. tamariſcifolio de Necker (*b*), ſed perperam. An vere ad Hypnum Hedwigii pertinet?

841. Criſta caſtrenſis. H. caule ramoſe ſubpinnato, aſcendente, ramis apice reflexis; foliis lanceolatis, acutiſſimis, deorſum falcatis. *Flor. bav. n.* 1405.

Hypnum Criſta caſtrenſis. Timm. *megalop. n.* 834.

Habitat in ſylvis ad Hinterſee; D. Iraſeck.

842. purum. H. ſurculis teretibus, ramuloſe ſubpinnatis, aſcendentibus: ramis brevibus; foliis imbricatis, concavis, ovatis, cuſpidatis; perichaetio manifeſto; pedunculo praelongo; capſula obliqua.

Hypnum purum. Roth *germ. I. p.* 470. *n.* 29.
Weiss *crypt. p.* 249.
Weber *ſpic. n.* 153.

Dillen muſc. Tab. 40. *fig.* 45.

Habitat paſſim in ſubſylveſtribus ad terram.

(*a*) Palat. n. 1031. (*b*) Meth. muſc. 158. n. 9.

Obſ. Surculi ramulis pinnati, ramulis teretibus, nonnihil retrorſum falcatis, nitentibus, paululum flaveſcentibns, remotis, inordinate ſitis, iam duobus tribuſque dextrorſum ſitis tum uno ſiniſtrorſum, iam oppoſitis alterniſve. Pedunculi capſularum valde longi; operculum roſtratum.

843. inerme. H. caulibus ramoſis; ſurculis remote ſubdiſticheramoſis; ramis teretiſubulatis, ſubreflexis; foliis lanceolatis. *Flor. bav. n.* 1409.
Hypnum compreſſum. Timm. *megal. n.* 819.
Habitat ad Hinterſee; D. Iraſeck.

844. aduncum. H. caulibus repentibus; ſurculis erectis, ſubſimplicibus, apice reflexis; foliis lanceolatis, acutiſſimis, heteromalle falcatis; pedunculis ſiccitate contortis; capſulis inflexis.
Hypnum aduncum. Timm. *megal. n.* 826.
Habitat ad Hinterſee; D. Iraſeck.

Obſ. Color muſci ex viridi flavicans; ramuli vix ſemiunciales; pedunculi maiores, ex caule, nec ex ramulis.

845. ſquarroſum. H. caulibus procumbentibus: ſurculis ſubramoſis: ramorum apicibus nutantibus; foliis amplexicaulibus, latiuſculis, acute lanceolatis, ſtriatis; pedunculis ſolitariis: capſulis hinc flexis. *Flor. bav. n.* 1411.
Hypnum ſquarroſum. Timm. *meg. n.* 827.
Habitat ubique in ſylvis ad arborum radices.

846. ruſciforme. H. ſurculis ramiſque repentibus; ramulis erecto-nutantibus, acutis, apice radicantibus; capſulis nutantibus; operculo roſtrato; foliis ovato-lanceolatis, carinatis. *Flor. bav. n.* 1425.
Hypnum ruſcifolium. Roth. *germ. I. p.* 466. *n.* 11.
Habitat in agro Salisburgenſi ad arbores locis humidiuſculis; D. de Helmreich.

**. *Mnia* HEDW.

847. punctatum. H. capſulis pendulis; ſurculis ſimpliciuſculis: florentibus erectis, ſterilibus decumbentibus; foliis obovatis, diaphano-punctatis, integerrimis, nervo medio. *Flor. bav. n.* 1415.
Habitat ſupra lapides ad aquas.

848. fontanum. H. furculis ſimpliciuſculis, vix ramoſis, erectis, filiformibus, elongatis; foliis adpreſſis (humiditate patentibus).

Hypnum fontanum. *Flor. bav. n.* 1418.

Mnium fontanum. TIMM. *meg. n.* 852.

LIN. *ſyſt. pl. Reich. IV.* 459. *n.* 4.

Mnium fontanum. POLLICH *palat. n.* 980. cum icone plantae humidae.

Habitat ad fontes, rivulos.

Obſ. Folia adpreſſa ſiccitate furculos teretes officiunt; ex latiori baſi lanceolata ſunt, apice tamen rotundata, ſine omni acumine, etſi ſicca acuminata videantur; humida patent, et ſaepe verſus eandem plagam diriguntur.

849. capillare. H. capſulis pendulis, cylindricis; operculo conico, brevi; foliis lanceolatis, acumine piliformi. *Flor. bav. n.* 1419.

Mnium capillare. TIMM. *megal. n.* 850.

Habitat in viis cavis montis Moenchsberg Salisburgi, et alibi paſſim.

850. ceſpititium. H. capſulis pendulis; furculis erectis, infra ſubnudis; foliis oblongis, acumine piliformi, ſiccitata adpreſſis: acumine patente; pedunculis ex baſi furculorum. *Flor. bav. n.* 1420.

Mnium ceſpititium. TIMM. *megal. n.* 851.

Habitat in ſylvis roridis ad Hinterſee; D. Iraſeck.

Obſ. Folia proprie acuminato-ſetacea, ſed tamen plana. Tota planta, dum ſicca eſt, tenuis inſtar fili eſt; etſi non minima, tamen ob tenuitatem vix perceptibilis, niſi ceſpites conſtitueret; furculis annotinis baſi ramoſis, coeterum ſimpliciſſimis. Florens plantula tota foliis veſtita, et fructum ferens folia inferiora perdit.

KOELREUTERIA.

CAPS. periſtomate coronato, ordine duplici: exteriore dentibus 16 apice connexis, interiore dentibus 16 planis membranaceis.

851. hygrometrica. K. capſulis maturis pendulis, turbinatis; furculis baſi aphyllis, ſupra foliоſis; foliis ovato-concavis, pellucidis, in bulbos aggregatis. *Flor. bav. n.* 1433.

Habitat in herbidis.

LYCOPODIUM.

Caps. compreſſa, reniformis, bivalvis, maturitate deorſum dehiſcens.

852. clavatum. L. ramis diffuſis, decumbentibus; foliis ſparſis: apice piliferis; ſpicis geminatis, pedunculatis. *Flor. bav. n.* 1442.

Habitat paſſim in ſylvis.

853. denticulatum. L. foliis quinis, lanceolatis, ſubſerratis; floribus ſolitariis, per axillas ſparſis.

Lycopodium denticulatum. Lin. *ſyſt. plant. Reich. IV. p.* 446. *n.* 19.

Lycopodium ſerratum. Thunberg *iap. p.* 341. an vere diverſum?

Habitat ad Hinterſee. D. Iraſeck.

854. alpinum. L. caule repente nudo; ramis faſciculatis faſtigiatis, ad angulos rectos a caule divergentibus, ſubtus in ſingulis linea longitudinali cava.

Lycopodium alpinum. Lin. *ſyſt. plant. Reich. IV. p.* 445. *n.* 5.

Habitat in monte Oſterhorn Abtenaviae. D. Iraſeck.

Obſ. Folia lanceolata, flaveſcenti-viridia, craſſula, ramos totos imbricatim tegentia, ut ſupra tres ordines conſpiciantur, infra unicus, ordinibus tamen duobus lateralibus ſuperioribus adhuc conſpicuis. Praeter hunc ordinem inferiorem excurrit linea cava, ſeu foliis non contecta. Rami ipſi proprie dichotome ſubdividuntur.

855. ſelaginoides. L. foliis ſparſis, dentato-ciliatis, lanceolatis; ſpicis ſolitariis, folioſis, terminalibus ramorum. *Naturh. Brief. II. p.* 297. *n.* 431.

Habitat in ſylvis montoſis.

856. radicans. L. caule ramisque repentibus, dichotomis, complanatis; foliis tetraſtichis: ordinibus duobus patentibus, duobus rachin ſuperne imbricato-tegentibus; ſpica filiformi, dichotoma. *Flor. bav. n.* 1447.

Habitat in agro Salisburgenſi. D. de Helmreich.

Caps. quadrivalvis, cruciato-dehiſcens: valvis patentibus.

857. aſplenioides. I. foliis diſtichis, alternis, ſuborbiculatis, ſubciliatis; ſurculis apice pedunculiferis.
Iungermannia aſplenioides. *Flor. bav. n.* 1448.
Scop. *carn. II. n.* 1338. *Tab.* 62.
Habitat ad terram in ſylvis paſſim.

858. bifurcata. I. foliis apice leviter ſinuatis, bidentatis: dentibus ſubtiliſſimis, longiuſcule acutis. *Flor. bav. n.* 1452.
Habitat inter muſcos.

859. complanata. I. foliis imbricatis, diſtichis, ſemiorbiculatis; ramulis apice floriferis.
Iungermannia complanata. Scop. *carn. II. n.* 1340.
Iungermannia epiphlaea. *Flor. bav. n.* 1461.
Habitat in arborum corticibus.

Obſ. Auriculis ſubtus tectum eſſe Nervum dicit Linnaeus, quas quum non invenerim, novam ſpeciem conſtitui; at monet expreſſe Scopolius, auriculas nec ſibi, nec Dillenio unquam conſpectas.

860. pubeſcens. I. fronde foliacea, lineari, ramoſa, undique pubeſcenti, ciliata.
Iungermannia furcata. Leers *herborn. n.* 912.
Habitat ad Hinterſee, ceſpites maiuſculos afficiens. D. Iraſeck.

Obſ. Iungermanniae furcatae ſimillima, at paulo maior, nec tam regulariter dichotoma, laete virens, nec, ut illa, glabra, ſed undique pubeſcens, ut etiam ad lentem ciliata. Denſos ceſpites ſola conſtituit.

861. furcata. I. fronde foliacea, lineari, dichotome ramoſa, glabra, apicibus rotundatis.
Iungermannia furcata. *Flor. bav. n.* 1463.
Habitat aliis muſcis implexa.

862. epiphylla. I. fronde laciniata criſpa; floribus (autumno) pedunculisque (vere) dorſalibus.
Iungermannia epiphylla. Scop. *carn. II. n.* 1351.
Iungermannia epiphylla. Pollich. *palat. n.* 1075.
Habitat in monte Capucinorum Salisburgi, ubi integros elegantiſſimos ceſpites inſternentem vidi.

MARCHANTIA.

Caps. calyce incluſa, maturitate dehiſcens, valvis (4) revolutis.

863. umbellata. M. pileo multilobato; pedunculo tetragono. *Flor. bav. n.* 1466.
Habitat in hortorum locis umbroſis.

864. conica. M. pileo florali obtuſe conico, quinqueloculari. *Flor. bav. n.* 1469.
Habitat in ſylvis ad Hinterſee. D. Iraſeck.

ALGAE.

Fructificatio efflorescentiis variis ſuperficialibus imperfecte peragitur, aut nulla habetur.

LICHEN.

Substantia farinoſa, ſ. cruſtacea, ſ. filiformis, ſ. foliosa, ſ. coriacea, ſ. fruticuloſa: tuberculis, ſ. glebulis, ſ. capitulis, ſ. ſcutellis, ſ. ſcyphis praedita.

*. *Leproſi tuberculati.*

865. ſcriptus. L. cruſta inſeparabili alba, lineolis feſe decuſſantibus nigricantibus inſcripta. *Flor. bav. n.* 1481.
Habitat in cortice Fagi, Carpini, Betulae.

866. ater. L. cruſta inſeparabili opaca farinoſa atra; verrucis concoloribus hemiſphaericis. *Flor. bav. n.* 1833.
Habitat in rupibus calcareis montis Capucinorum.

867. immerſus. L. cruſta tenui alba farinoſa inſeparabili; verrucis minimis nigris ſubſtantiae lapidis immerſis.
Lichen immerſus. Weber *ſpicil. n.* 245.
Habitat in rupibus calcareis montis Capucinorum.

868. fagineus. L. cruſta alba inſeparabili, verrucis irregularibus concoloribus. *Flor. bav. n.* 1484.
Habitat in corticibus Fagi, Quercus.
Obſ. In quercu vidi tubercula magis adplanata, et quaſi lacere per medium horizontaliter ſciſſa.

869. baeomyces. L. cruſta alba, inſeparabili; inſidentibus globulis rubris ſtipitatis. *Flor. bav. n.* 1490.
Habitat in ſolo argilloſo macro, praeſertim in ſylvis aceroſis.

**. *Leprosi scutellati.*

870. ochroleucus. L. crusta vix separabili foliacea viridi-flavescente: laciniis multifidis lobatis; capitulis ochraceo-luteis, tandem scutelliformibus. *Flor. bav. n.* 1839.
Habitat in monte Capucinorum. Legi illum L. atro insidentem, et aberat crusta speciei propriae.

871. nigrovirens. L. crusta nigra farinaceo-gelatinosa tenuissima; scutellis parvis planis pallide viridibus, adpressis, margine albidis.
Habitat: primum in lapide arenario Salisburgi, dein etiam in ligno antiquo Monachii visus.
Obs. Non est Lichen atrovirens Wulfenii (*a*). Crusta nigra tenuis, palpabilis tamen, totum lapidem obducit, pulverulenta, quum sicca est: gelatinosa, si humida sit. Hanc ego, nisi valde fallor, pro Lepra antiquitatis passim haberi describique puto. Tempore pluvio primum scutellae adparuere, minimae, pallide virides, stercoris anserini colore, planissimae, margine albidiore cinctae. Ergo Lepra antiquitatis lepris eximenda Lichenisque generi inserenda?

***. *Centrifugi.*

872. parietinus. L. foliis centrifugis, imbricatis, multilobatis; scutellis concoloribus, medio confertioribus. *Flor. bav. n.* 1517.
Habitat in muris, arborum corticibus, tectis.
Obs. Sature luteus, sed aetate canus.

873. glaucus. L. foliis inordinate incumbentibus, latolobatis, ascendentibus, crispis, supra glabris, infra inaequalibus nigris. *Flor. bav. n.* 1520.
Habitat ad arbores, Fagum praesertim.
Obs. Variat supra color: albus, glaucus, albocinereus, rubens.

****. *Foliacei fruticulosi.*

874. iuniperinus. L. foliis erectiusculis, viridescentiflavis, subtus et marginibus crispissimis, flavis. *Flor. bav. n.* 1423.
Habitat in Iunipero; in Picea.

875. farinaceus. L. foliis ascendentibus, lineari-dichotome divisis, utrinque albidis, margine verrucis planis. *Flor. bav. n.* 1524.
Habitat ad arbores, palos.

(*a*) Iacqu. coll. III. p. 186.

876. islandicus. L. folis aſcendentibus, lobato diviſis; laciniis ciliatis; pede lichenis rubro. *Flor. bav. n.* 1528.
Habitat paſſim in alpeſtribus.
β. Ochroleucus, vix ciliatus.
Lichenoides eryngii folia referens, tenuioribus et criſpioribus foliis. DILLEN *muſc. tab.* 28. *f.* 112.
Habitat in Rauriſer Goldberge.
Obſ. Huic fere deeſt pes ruber; ſtatura minor, habitus magis fruticuloſus, magis criſpus; cilia fere deſunt, aut in lobulos degenerant.

878. pulmonarius. L. folio incumbente, lobato multifido, ſupra reticulato-lacunoſo, ſubtus villoſo. *Flor. bav. n.* 1529.
Habitat ad fagorum aliarumque arborum truncos.

*****. *Gelatinoſi.*

879. granoſus. L. foliis aggregatis, gelatinoſis, criſpis, nigroviridibus, aſcendentibus, obtuſe lobatis. *Flor. bav. n.* 1530.
Habitat ad rupes, et hortorum gradus lapideos.
Obſ. Utraque ſuperficies grana ſparſa habet.

***, ***. *Squallentes quaſi fuligine.*

880. deuſtus. L. fronde ſubrotunda, obtuſe lobata, umbilicata, ſupra denigrata, ſubtus fuſceſcenti. *Flor. bav. n.* 1534.
Habitat in rupibus Taureri Raſtadienſis (*a*).

***, ***, *. *Coriacei.*

881. caninus. L. coriaceus, ſubtus venoſus; ſcutis terminalibus loborum, aſcendentibus, oblongis. *Flor. bav. n.* 1540.
Habitat in ſylvis ad terram.

882. aphtoſus. L. coriaceus, humiditate viridis; ſcutis terminalibus; ſuperficie verrucis ſparſis.
Lichen aphthoſus. *Flor. bav. n.* 1541.
Habitat in ſylvis frondoſis.

883. croceus. L. coriaceus, repens, ſubrotundus, planus, venoſus villoſus croceus; peltis ſparſis adnatis. LIN. *ſyſt. plant. Reich. III.* 547. *n.* 67.
Habitat in Waxeggerkarr vallis Cillarae.
Obſ. Peltae ſubterminales, plane adnatae adglutinataeque, nigrae.

(*a*) D. Bar. de Wulfen in Iacqu. coll. III. p. 98.

884. Azaleae. L. coriaceus, repens, crispus; supra sordide virens, verrucis confluentibus nigris.
Habitat in Azalea procumbente.

***, ***, **. *Coralloidei.*

885. deformis. L. simplex, subsimplexve, nudus, apice corniculatus pyxidatusve. *Flor. bav. n.* 1545.
Habitat in sylvis.

886. pyxidatus. L. scypho brevi, simplici: ore crenato, globulis fuscis ornato. *Flor. bav. n.* 1546.
Habitat in sylvis.

887. cocciferus. L. scypho longiuscule stipitato: orificio globulis rubris marginato: margine prolifero. *Flor. bav. n.* 1548.
Habitat passim in sylvis.

***, ***, ***. *Fruticulosi.*

888. rangiferinus. L. fruticulosus, fistulosus, ramosissimus: ramis nutantibus: ramulis ultimis apice rufo-fuscis, truncatis. *Flor. bav. n.* 1554.
Habitat ad terram, in sylvis densioribus.

889. uncialis. L. fruticulosus, fistulosus, ramosissimus; ad axillas perforatus; ramulis extremis brevissimis, acutis. *Flor. bav. n.* 1555.
Habitat ad terram in sylvis.
Obs. Vidi hunc in priorem degenerare.

890. tauricus. L. fruticulosus, decumbens, subcentrifugus, vage subramosus, niveus; caule ramulisque laevibus, fistulosis, subulatis. DE WULFEN *coll. iacqu. II.* 177. *Tab.* 12. *f.* 2.
Habitat in elatis rupibus Taureri Rastadieusis et Nassfeldensis; D. de Wulfen.
Obs. Habitus Lichenis subulati, sed certissime diversus.

***, ***, ***, *. *Barbati.*

891. barbatus. L. pendulus, ramosissimus, longissimus, verrucis scutelliformibus sparsis; ramis teretibus. *Flor. bav n.* 1564.
Habitat in arboribus morituris.

892. floridus. L. erectus, ramosus, solidus; orbiculis ciliatis terminalibus. *Flor. bav. n.* 1559.
Habitat in truncis arborum.

USNEA.

Fila elongata, elaſtica, ſublignoſa, ſ. cornea, ramoſa, absque fructificatione manifeſta.

893. radiciformis. U. longiſſima, ramoſiſſima, nigro-fuſca, glabra, radicem mentiens. *Flor. bav. n.* 1566.
Habitat in truncis arborum caeſarum; in vetulo quercus trunco montis monachorum legi.

Obſ. Longiſſima, dum aquaeductus opplet; at multo brevior et repens, dum intra cortices, aut ſupra putreſcentes truncos creſcit.

LEPRA.

Pulvis vegetabilis, absque ſcutellis etc.

894. antiquitatis. L. nigra, pulverulenta. *Flor. bav. n.* 1570.
Habitat in lapidibus aëris iniuriis expoſitis.

895. phoſphorea. L. coeruleo-viridis, farinoſa. *Flor. bav. n.* 1577.
Habitat in lignis putreſcentibus.

896. cobaltiginea. L. omnino impalpabilis, roſea, latiſſime ſparſa.
Lichen omnium ſubtiliſſimus, late ſparſus, laete purpureus. Haller *hiſt. n.* 2100.
Byſſus cobaltiginea, de Wulfen *coll. iacqu. II. p.* 175. *Tab.* 12. *f.* 1.
Habitat in rupibus calcareis fatiſcentibus ad Hinterſee, quas obducit. D. Irafeck.
Obſ Cobalti ochrae colore amoeniſſimo, penitus impalpabilis, pluvio tempore elegantiſſima; et tamen aquae immerſa periit.
Filamenta plusquam capillaria ſimplicia proſtrata, mutuoque implexa vidit Ill. Wulfenius, amoene roſea, roſeo inſperſa pulvere: ego filamenta vidi pariter, ſed vereor, ne a planta aliena ſint, forte Uſneae ſpecies, pulveremque ſolum vegetabilem puto.

897. lactea. L. lactea, ad lentem granoſe pulverulenta. *Flor. bav. n.* 1576.
Habitat in arborum corticibus.

898. incana. L. in humiditate viridi-cinerea, ſiccitate alba. *Flor. bav. n.* 1572.
Habitat in arboribus paraſitica; vidi etiam in horto D. de Helmreich, quae muſcos obduceret.

899. candellaris. L. ſulphurea, inquinans. *Flor. bav. n.* 1573.
Habitat in rupibus. Vidi ego anno 1788 am Paſſe inter Gollingam et Abtenaviam.
Obſ. Cave, ne grumulos illos minutos virenti-luteos, qui primo vere muros, lapides, ligna obducant, pro Lepra candellari habeas; Lichenis illi ſunt primordia, non Lepra; caeterum facile vel ſola illa proprietate diſtinguas, quod tactu non inquinent.
900. Iolithus. L. ſanguinea, flavo-inquinans; odore violae, aetate contracta incana. *Flor. bav. n.* 1579.
Habitat frequenter in Granite; D. de Moll: etiam in Gneuſſo; D. Iraſeck; nunquam in lapide calcareo.

BYSSUS.

Pili tenerrimi byſſini, absque fructificatione manifeſta.
901. floccoſa. B. filorum niveorum faſcibus e ſubſtantia alba pannum referente pendulis.
Byſſus floccoſa. Scop. *diſſert. p.* 92.
Habitat in cuniculis fodinarum metallicarum.
Obſ. De genere adhuc haereo; ſpecies adeſt.
901. aurea. B. piliformis, recta, aurea, aetate caneſcens. *Flor. bav. n.* 1583.
Habitat in lapide calcareo aëris iniuriis expoſito.

CONFERVA.

Fila capillacea diaphana, ſubſtantia veſiculari pellucente repleta.
902. bulloſa. C. filis piliformibus tenuiſiſſimis ramoſis: ramis ſubimplexis. *Flor. bav. n.* 1593.
Habitat in ſtagnis foſſisque.

TREMELLA.

Substantia gelatinoſa, absque fructificatione manifeſta.
903. iuniperina. T. ſeſſilis, membranacea, plicata, citrina. *Flor. bav. n.* 1498.
Habitat in Iunipero; in valle Cillara copioſe cultam Sabinam frequens occupat.
904. meſenteriformis. T. viſcida, plicata, ſeſſilis, flava. *Flor. bav. n.* 1605.
Habitat in truncis putreſcentibus. Inter Halam divitem et Salisburgum mihi occurrit.

SPHAERIA.

Globoſa, dura, ſubſtantia farinacea compacta farta.
905. purpurea. Sph. hemiſphaerica, ſeſſilis, undique rubra. *Flor. bav. n.* 1611.
Habitat in corticibus arborum emortuarum.

FUNGI.

Plantae ſepticae, praeditae odore ſui generis, quas facilius noſcas, quam definias.

CLAVARIA.

FUNGUS clavaeformis, aut cervicornis, ſolidus, viſcidus, ſemine pulverulento tectus.

906. muſcoides. C. ſubramoſa: ramis acutis. *Flor. bav. n.* 1628.
Habitat ſupra ligna putrida in nemoribus.

907. faſtigiata. C. flava, ramoſa: ramis aequalibus, apice compreſſis, curte denticulatis. *Flor. bav. n.* 1629.
Habitat ad radices putridas in nemoribus.

908. coralloides. C. ſtipite craſſiſſimo, ramoſiſſimo: ramulis curte denticulatis. *Flor. bav. n.* 1630.
Habitat in ſylvis.

MERULIUS.

FUNGUS ſuperficie unica, plicata.

909. ſepiarius. M. ſeſſilis, conſiſtentia ligni; ſupra ſubtomentoſus, inaequalis, nodoſus; ſubtus (ſ. parte adverſa) plerumque laminis ramoſis intricatis. *Flor. bav. n.* 1632.
Habitat in aſſeribus, truncisque decorticatis antiquis.

PHALLUS.

FUNGUS ſtipitatus; pileo campanulato, extus rugoſo.

910. eſculentus. Ph. evolvatus; pileo ovato, rugoſo, nudo, baſi adnato. *Flor. bav. n.* 1636.
Habitat in ſylvis frondoſis.

ELVELA.

FUNGUS membrana varie plicata, pulvere ſeminali extus pruinoſa.

910. Auricula. E. ſeſſilis rugoſa auriculaeformis. *Flor. bav. n.* 1649.
Habitat in truncis Sambuci nigrae.

911. cochleata. E. coriacea, ſeſſilis, hemiſphaerico-lebetiformis, ſupra ex fuſco nigra, ſubtus alba venis coſtato-ramoſis.
Elvela cochleata. DE WULFEN *miſc. iacqu. II. p.* 112. *Tab.* 17. *f.* 1.
Habitat ad Maria Elend menſe Aprili. D. de Wulfen.

AGARICUS.

Fungus pileo ſubtus lamellis radiato.

912. muſcarius. A. pileo ſupra rubro, verrucis albis, margine ſtriato; laminis albis. *Flor. bav. n.* 1651.
Habitat in ſylvis abiegnis.

913. campeſtris. A. pileo convexo carnoſo; laminis rubentibus, demum fuſceſcentibus; ſtipite ſolido: annulo ſubevanido. *Flor. bav. n.* 1703.
Habitat in ſtercore equino.
Obſ. Semina aut ſeminum analogas propagationes vere maturat, hinc laminarum color fuſceſcens; ſed ea ſeri nequent, niſi in ſtercore equino, ſicut Viſcum album nonniſi in arboribus provenit, aut Scarabaeus ſtercorarius Mori foliis ſaginari ſeſe non patitur.

914. miniatus. A. pileo carnoſo ſature rubro, laevi, viſcido; laminis rubris, demum flavis; ſtipitis viſcidi, rubri, exannulati carne rara. *Flor. bav. n.* 1724.
Habitat in monte Capucinorum.

915. lacteus. A. totus lacteus; ſtipite ſolido, exannulato, glabro. *Flor. bav. n.* 1721.
Habitat in ſylvis ad Teiſendorf.

916. androſaceus. A. pileo hemiſphaerico, albido, ſtriato; laminis concoloribus, paucis; ſtipite glabro, nigro, ſetae equinae forma. *Flor. bav. n.* 1725.
Habitat in ſtrobilis deciduis Pinus Piceae.

917. quernus. A. lateraliter ſeſſilis, coriaceus: laminarum loco maeandris labyrinthiformibus. *Flor. bav. n.* 1728.
Habitat in Quercu.

BOLETUS.

Fungus, pileo ſubtus tubuloſo: tubulis connexis.

918. verſicolor. B. ſeſſilis, coriaceus, pulvinatus, lobatus, imbricato-aggregatus; ſupra tomentoſus, convexus, infra planus, tubulorum luminibus peranguſtis. *Flor. bav. n.* 1736.
Habitat ad arborum truncos.

LYCOPERDON.

Fungus in ſemen pulverulentum fatiſcens.

919. Boviſta. L. turbinatum, album; ſuperficie granulata, verrucoſave; ſemina apice explodens. *Flor. bav. n.* 1765.
Habitat paſſim in paſcuis.

920. cancellatum. L. maculis amorphis rubris, utrique conſpicuis, demum pollinem fuſcum fundentibus.
Lycoperdon cancellatum. *Flor. bav. n.* 1773.
Habitat in pyri foliis.

921. Euphorbiae. L. punctis citrinis, ſparſis, pulvere ſpermatico ſaturatiore fartis effloreſcens.
Lycoperdon Euphorbiae. *Flor. bav. n.* 1775.
Habitat in foliis Euphorbiae dulcis et Cypariſſiae.

922. Uſtilago. L. globoſum, albido-fuſcum; pulvere ſpermatico nigro. *Flor. bav. n.* 1777.
Habitat in Avenae, Hordei, Tritici ſpicis.

923. Tuber. L. irregulariter obtuſe polyaedrum, ſolidum, ſubterraneum, radice nulla, cortice nigro.
Lycoperdon Tuber. *Flor. bav. n.* 1778.
Habitat circa Kleesheim; in Moenchsberg, Capuzinerberg, Aichet, ad pedem ☞ Unterſperg.

MUCOR.

Capitulum ſtipitatum ſ. ſeſſile, bacciforme, ſemina racemoſe colligens.

924. glaucus. M. ſtipite albo, ſimplici; capitulo ſphaerico, hyalino, tum viridi, demum nigro. *Flor. bav. n.* 1787.
Habitat in Vegetabilibus putreſcentibus; cibis panibusque antiquis.

925. Eriſiphe. M. albus; capitulis nigricantibus ſeſſilibus.
Mucor Eryſiphe. Lin. *ſpec. plant.* 1656. *n.* 11.
Habitat Salisburgi in foliis aceris platanoides, ubi eum ipſe vidi; Ill. de Moll illum in foliis Trifolii pratenſis in valle Ciilara ſaepe obſervavit.

LYCOGALA.

Fungus aquoſus, tactu diffluens.

926. globoſum. L. pedunculatum aggregatum, ochroleucum. *Flor. bav. n.* 1798.
Byſſus globoſa. Scop. *diſſert. p.* 93. *Tab. 6.*
Habitat in lignis metallifodinarum, praeſertim quae cuniculos ſuſtentant.

Schrank del. ad exempl. ficca

H. Cintgen Sc. Mog

Fig. 7.

Fig. 4.



Fig. 5.

Ostermayr del ad exempl siccum

H. Cristen sc. Aug

83199